




# **Voluptatis ac virtutis pugnata. : comoedia tragica et nova et pia.**

<https://hdl.handle.net/1874/420679>

g e e 4  
VOLVPTATIS  
AC VIRTVTIS  
PVGNA.

COMOEDIA  
TRAGICA ET NO-  
VA ET PIA.

*Per Iacobum Sceppeperum Ecclesiastam  
Tremonianum.*



*Coloniæ excudebat Mart. Gymnicus.  
Anno M. D. XLVI.*

VOI VERTATIS  
AD VIRTUTIS  
FUGIA

COMEDIA  
TRAGEDIA ET NO  
VA BY TIA

Per Jacobum Christophorum Eschschum  
Theophrastum



Coloniae excelsae Martij Guicij  
Anno M. D. XLV

# INSIGNI

CVM PIETATE TVM  
ERVDITIONE VIRIS, M. IOANNI

Sceuaſtæ, celeberrimi apud Tremonienses gymna-  
ſij Moderatori primario, Cypriano item Vo-  
melio Conrectori, Quirino Reinerio Rhe-  
torices profefſori, Petro Scharpember-  
go, D. Reynoldo Scholero, Florentio  
Lorinchouio, & Nicolao Sui-  
rinchuſio, quartæ, quintæ, ſe-  
xtæ & ſeptimæ Claffium  
Lectoribus. S. P.

(\*)

**N**on ſum quidem uſq; adeò mei oblitus, Viri  
Doctiſſimi Ornatiſſimiq; , ut homo quum  
ſim, humani quippiam alienum eſſe à me putem:  
Hoc tamen, ut ingenuè, ſic & uerè interim  
Poſſum affirmare, Inter uitia cætera (quibus  
Humana ferè eſt obnoxia imbecillitas)  
Nullum eſſe proſuſus, quod tantopere & oderim  
Semper & hæcenus etiam à me proſtigauerim,  
Atq; ipſam ingratiſſimam. Compertum enim  
Abundè ſatis habeo, hæc nihil excogitari

## EPISTOLA

Aut inueniri usquam posse propudiosus,  
 Detestabilis, pestilentius: ut haud  
 Sanè immerito, immò uerò uel iure optimo  
 Mimus dixerit, Eum maledicta dicere  
 Simul omnia, qui ingrati faciat mentionem  
 Hominis. Verùm quò magis huius mihi mali  
 Summa explorata est turpitudine, quoq; in hunc  
 Usq; diem impensius illud effugi, hoc magis  
 Nunc ac uehementius mihi metuo, ne apud  
 Vos scilicet eius tandem inuratur nota  
 Mihi, nè ue eius gratia malè audiam.  
 Istiuc autem metuo non planè iniurià,  
 Nec præter rationem profectò. Nam quum ego  
 Haftenus à uobis tum omnibus tum singulis  
 Beneficijs affectus sim haud uulgaribus,  
 Neq; tamen ullum grati animi solum  
 Re ipsa è diderim: quid quæso reliquum est, quid prius  
 Mihi expectandum erit, quàm ut omnium statim  
 Sc. Declarer ingratisimus? Quantam hoc uerò  
 Mihi pariet ignominiam, quantam infamiam?  
 Sed animus certè usq; fuit propensissimus:  
 Is nil iam dudum gestijt impensius,  
 Atq; hanc ingratitude depellere  
 Omnino suspensionem, si quidem licè re  
 Ei per fortunam potuisset. Sola enim  
 Sc. Est huius in causa tenuitas. hæc inquam  
 In præ

## NUNCUPATORIA.

In presentem diem usq; me est remota, quod  
Minus, quod uolui, factis declarauerim.

Nec iam quidem satis noui, quo nam modo

Sep. Malo huic occurrã cõmodẽ, quibus rationibus

Huiusmodi prorsus suspicionem semel

Abarceam fugemq;. Cæterum unicum

Nunc mihi, licet tenue tamen, remedium

In promptu est. Lusi superioribus diebus,

Sed brachio admodum leui, Actiunculam

Mixtam (quam Comicotragicam auctores uocant)

De mutuo Virtutis ac Voluptatis

Conflictu, seu pugna potius. Hanc nempe iam

Vobis simul omnibus peculiariter,

Ceu certum grati animi mnemosynon,

Offero, nuncupo, dedico: Munusculum quidem

Exiguum (fateor) & uestra excellentia

Indignum, sed tamen sincero ab animo

Profectum. Illud igitur suscipite candida

Quæso fronte, & me à Zoilorum dentibus

Defendite pro uirili. Aliàs si solidiora

Ac absolutiora dederit Dominus, &

Ea uobis lubens communicabo. Quin

Totus in id sedulo incumbam Christo auspice,

Vt indices magis magisq; animi erga uos

Mei propensionem uerè maximam

Declarem testificerq;: Vos modò, ut hactenus,

EPISTOLA. DEVM

Fauore me uestro atq; beneuolentia  
Complecti pergite. Summus ille conditor  
Rerum Deus sua uobis adesse tum  
Bonitate tum etiam gratia dignetur, ut  
Iuuentutem fidei uestræ concreditam  
Sic & artibus instituatis & moribus,  
Ut omnes adducantur Christo perpetim.

Ex Museo nostro Calend. Decemb.

Iacobus Scepperus totus uester.

# PERSONARVM

## NOMINA.

Voluptia, Dea.		Salpinctes tubicen.		
Sardanapalus, rex.				
Paris, rex.		Nephalius	} Virtutis affectæ.	
Semiramis, regina.		Encratius		
Cleopatra, regina.				
		Paramythia	} Consola- trices.	
Epicurus	} Archicancell.	Andria		
Apitius				
		Agirta	} Vulgus.	
Afotia	} Pedissequa.	Methystis		
Aphrodisia				
				Phagus
Argia				Aselges
Malacia				
Virtus Dea.		Iustitia.		
Hagnia	} Pedissequa.	Raphael	} Angeli.	
Ascle				Vriël



PROLOGVS.

**Q**uanquam mihi non sit dubium, Candidissimi  
 Charissimiq; Spectatores, quin bona  
 Vestrum pars sic satis perspectum habeat, quid hic  
 Noster portendat apparatus scenicus,  
 Quæue sit aduentus nostri caussa potissima;  
 Tamen (ne quis caussetur ignorantiam)  
 Rem uobis omnem detegam paucissimis,  
 Atq; id dilucidè simul ac fideliter.  
 Decretum est nobis (si quidem Deus Opt.  
 Max. animi uotis adspiret) Actionem  
 Vestræ iam nunc humanitati Comico-  
 Tragicam exhibere publicitûs, de mutuo  
 Voluptiæ ac Virtutis conspectu, atq; eo  
 Acerrimo sanè. Quæ nimirum Actio in  
 Specie quidem (ingenuè fateor) tum abiecta, tum  
 Ludicra etiam apparebit multis: cæterùm  
 Si penitius introspiciatur, si remoto  
 (Vt sic dicam) aspero nucis putamine  
 Tandem eruatur nucleus intus latens,  
 Non aspernanda aut abijcienda omnino erit.  
 Immo uerò erit utilis, adeoq; cognitu  
 Cum primis & iucunda & necessaria.  
 In ea enim uobis ueluti in depicta tabella  
 Apertè conspiciendum proponetur ac  
 Inclarescet: Principio sub Voluptiæ  
 Persona, quid sit Mundus, quæ illius indoles,

Quod

PROLOGVS.

Quod studium: Deinde sub Virtutis inclytæ  
 Persona, quid Ecclesia fiet, quæ fiet  
 Item huius indoles germana ac proprietas.  
 Videbitis insuper hęc, quæ foelicitas  
 Mundi existat, quæ delitiæ, quod gaudium hocce  
 In seculo: contra quæ Virtutis fiet  
 Hic infœlicitas, quæ sint angustie,  
 Quæ moestitudo. Videbitis similiter,  
 Quis tandem sit futurus impijsimo  
 Mundo finis, nimirum infœlicissimus,  
 Miserrimus, tristissimus: Econtrario,  
 Quis sacratissimam piorum Concionem,  
 Ecclesiam uidelicet, exitus ultimus  
 Demum maneat, nimirum foeliciissimus,  
 Pulcherrimus, lætissimus. Hęc inquam & aliæ  
 (Deo uolente) uobis proponentur, hæc  
 Vestris subijcientur oculis, hæc deniq;  
 Iam nunc inter cætera certò expectabitis.  
 Si itaq; hæc eadem digna auditu arbitramini,  
 Si digna item uisu censetis, unicè  
 Rogatos uos modò uelim, ut omnes simul,  
 Quotquot adestis, benignas huic nostro gregi  
 Accommodetis aureis, atq; silentio  
 Insistatis uestro pro candore interim.

At tu Puella Argumentum paucissimis  
 Recitato, & id distinctè ac uoce sat sonora.

A R G V M E N T V M .

**V**oluptia Mundi uitam considerans,  
**O**mniaq; uidens apud hunc florere uitia,  
**L**egatos principio suos, Apitium  
**V**idelicet & Epicurum illò amandat, ut  
**P**arent sibi uiam adeundi illum commodam, ac  
**T**oto conatu delicias suas opesq;  
**A**mplissimas, quibus possunt, annuncient.  
**T**endiclis uerò huiusmodi foeliciter  
**I**actis, illisq; iam reuersis denuò,  
**S**tatim & ipsa unà cum cæteris itineri  
**A**ccingitur, atq; quos paratos inuenit,  
**C**onsummatos etiam porrò studet reddere.  
**V**bi autem Virtus institutum hoc pessimum  
**I**niquæ seductricis persentiscit, haud  
**R**emoram sibi iniici patitur diutius,  
**T**entamina quò eiuscemodi rursus dissipet.  
**V**oluptiam igitur extemplo coram omnibus  
**T**umultu aggreditur maximo, suisq; eam (ut  
**I**nimicam nempe pietatis) insigniter,  
**S**ed meritò, depingit mox tum coloribus.  
**P**rimùm illa quidem obstupescit maximopere, ast  
**V**bi recolligit animum, in Virtutem uicissim &  
**G**ladios suorum & fustes uertit atrociter,  
**N**eciq; hanc tantùm non extreme mancipat.

ARGVMENTVM.

A t uerò summus ille rerum Conditor  
 A lumnam haud deserit diu suam. Ab alto enim  
 C æli throno Iustitia mox delabitur,  
 E ffi enemq; hostium premit malitiam,  
 R homphea illos ultrici excindens perpetim:  
 R eginam autem Virtutem contrà ad pristinam  
 I nstaurat dignitatem, honorem, gloriam. Hinc  
 M alis exuperatis iam, & ipsa Virtus &  
 A lmi ipsius Assæcle summis Deum concelebrant lau  
 dibus.

ACTVS PRIMI,  
 SCENA PRIMA.

VOLVPTIA DEA SOLA.

Senarij.

A iunt uolgò: Post tempestatem nubilam,  
 Exoptatam serenitatem oririer  
 Tandem solère. Hoc ædepol prouerbium  
 Ut non leuiter me consolatum est hactenus,  
 Ita nunc omnimodam apud me ueri auctoritatem  
 Sibi uendicat, experiorq; maximo meo  
 Bono, esse illud dubio procul uerissimum.  
 Nam quum oïa in hunc usq; diē ceu ex cõiurato    Sc.  
 Mihi aduersa simul fuerint, ipsaq; facies

Rerum

A C T V S

Rerum externa haud secus atq; mare feruidum,  
 Tantum non extremam miseræ minata sit  
 Internecionem; nunc tamen e contrario  
 Desiderata diu sese serenitas  
 Voltu rursus benigno insinuat. Hactenus  
 Enim capitalis illa hostis mea Virtus (ast  
 Vitium potius dicere debebam, aut si quod est  
 Aliud usquam nomen hoc detestabile  
 Magis) adeò pro facinus persecuta me  
 Est, adeoq; suis afflixit calumnijs,  
 Ut uix præ illa caput leuare ausa fuerim;  
 At iam contra spes affulget mihi lætior.  
 Iam & audio & ipsa quoq; oculis uideo meis,  
 Plerosq; omnes, exceptis quàm paucissimis,  
 Ab illius sensim placitis desciscere,  
 Immo totos horrere ad eorum mentionem,  
 Atq; ad nostra aduolare castra sedulo.  
 O igitur festum candidoq; calculo  
 Dignissimum diem, quo isthæc uicissitudo  
 Increbuit: ò sacrum afflatum, ò & spiritum  
 Potentem, qui ita hominum ad me animos conuertit: ò  
 Lucem uerè illustrissimam, quæ sic suo  
 Mortaleis peruasit splendore, ut mauelina  
 Mihi quàm Virtuti sordidissime dare  
 Nomina. Verùm uigilantibus (ut inquirunt)  
 Iura opitulantur, oscitantibus autem ea

Contra

P R I M V S.

Contrà obstrepunt magis. Oportet itaq; sedulo  
 Me in hoc esse, hęcq; omneis meos intendere  
 Neruos, ut quos iam deflexisse ad me scio,  
 Eos penitus porro demerear mihi:  
 Illos uerò, qui adhuc meæ Aduorsariæ  
 Fouent parteis, sensim addictos mihi faciant,  
 Largisq; titillum promissionibus,  
 Donec & ipsi ad cor redeant, imperioq; se-  
 Se nostro subijciant lubentes. Caterum  
 Ut omnia fiant ordine, & ne fors nimis  
 Preceps consilium nostrum uideatur, aliquos  
 Ex nostris ablegabo primùm, qui omnibus  
 Meum palàm fauorem annuncient, meosq;  
 Apud uolgos promiscuum deprædicent  
 Diuitias simul & delicias ter maximas.  
 Ast quibus hoc muneri inuigam potissimum,  
 Nullos habeo fideliores & mihi  
 Hoc in negotio deuinctos arctius,  
 (De priuatis loquor) atq; duos illos mei  
 Pallatij Archigrammateos, Apitium  
 Nempe & Epicurum. Hi nanq; adeò præ cæteris  
 Nostræ semper adhæserè partì, ut omnium  
 Etiam Sophorum in se odia concitare, quàm  
 Encêmium tacere nostrum maluerint.  
 Quare ipsos nunc ea de caussa accedere  
 Citra moram omnem, stat sententia firmiter.

ACTVS

## ACTVS I. SCENA II.

Trimetri Iambici, partim Acalectici,  
partim hypercatalectici.

Apitius.

Epicurus.

**E**Vax, quanta hęc delitię, quanta suauitas?  
Valeat sordida Virtus, immò ualeant Dij  
Deęq; cęteri omnes. Nostra sola habet  
Re ipsa, quod alij falso pollicentur. Illi  
Montes recipiunt aureos, at musculus  
Demum ridiculus squalidusq; prodit: hęc  
Verò, sub qua nos militamus, milliēs  
Etiam plura, atq; promittit, cultoribus  
Largitur. Sed Epicurum nostrum conspicor  
Aduentantem, is mihi accedendus herculę est.  
Nanq; unicę eius oblector sermonibus.  
Quid ita Epicure cogitabundus modò  
Incedis? Num nã quid te angit? EP. Bona uerba quę so  
Apiti. Vnde in delitijs summis possiet  
Angor manare? Quid? Nescis, quę nostra sit  
Professio? quę prerogatiua? AP. Scio sic satis  
Collęga, nos neq; curis, neq; doloribus,  
Neq; męstitudine, quandiu sub Principe  
Nostra uersamur, ullo affligi tempore  
Poffe, EP. Benę. Vnde igitur hęc animum subit tuum  
suspicio

ACTVS PRIMVS.

Suspicio? AP. Id tam inferre uolebam. Videre, te

Grauibus quibusdam cogitationibus

Onerare. Nam uultus solito est subtristior,

Neq; aliud dat ferè specimen, ac si fies

In ecstasi raptus. EP. Iam intelligo, quid uelis.

Admiratio me quædam paulum detinet.

Hinc fortè uideor angore tibi parcitus.

AP. Fieri potest. Sed qualis nam admiratio est

Obsecro? Eam mihi detege. EP. Demiror plurimum,

Ecquæ Mortaleis occupet uesania,

Vt tam duram sub Virtute agere seruitutem,

Totq; molestissimos labores deorare

Malint perpetuò, quàm nostræ familiarier

Dominae summis in delitijs. AP. Idem profectò

Et ego tum aliàs subinde, tum modo unice,

Admirabundus expendo reuoluoq;. Quis

Enim, nisi dementia ipsa insanior,

Non mallet liber esse, quàm seruus? frui

Diuitijs, quàm ringi paupertate? ocio

Vacare, quàm multis premi laboribus?

Delitijs deniq; oblectare animum sacris,

Quàm summa exagitari semper miseria?

Sed hæc est hominum præpostera peruersitas,

Vt noxia semper præ utilibus eligant,

Expectantes superstitosè interim

Nescio quid præmij post hanc uitam, Ep. Nihil

Dementes



A C T V S

Dementes isti pensi habent, quid dicier  
 Soleat prouerbio, ut trito, sic & simul  
 Extra dubium uero: Præsentia scilicet  
 Certa esse semper, at futura insingere  
 Plerunq; suras. AP. Huic mecastor adagio  
 Ego multum arbitror tribuendum. Nam ipsa res  
 Et experientia uerum esse illud arguunt.  
 De præsentibus enim certissimi sumus,  
 Siue sient fausta, siue etiam infœlicia:  
 At de futuris ambiguum ac fallax ferè  
 Est iudicium, quòd ea nulli hominum cognita  
 Verè esse possient. Quapropter unicè  
 Etiam illud Sardapali nostri exosculor  
 Vulgare dictum, quo in hæc uerba uti solet:  
 Quum te mortalem noris, præsentibus exple  
 Delitijs animum, post mortem nulla uoluptas.  
 EP. Sententia profectò est, prorsus digna, quæ  
 Vel aureis scribatur ubiq; literis.  
 Sed de his aliàs fusiùs. Adest nanq; Domina  
 Nostra Voluptia. AP. Vbi? EP. Eccam. AP. Arduum  
 quid uoluere  
 Animo uidetur, ni gesticulatio  
 Illa manuum fallit planè. Sistamus hæc  
 Igitur gradum, si nos forte uelit. EP. Ita. placet.

ACTVS I. SCENA III.

Trime

P R I M V S.

Trimetri tum Acatalectici, tum hypercatalectici, admisto uno Catalectico.

Voluptia. Epicurus. Apitius.

**B**enè habet. Video ambos, quos uolebã. Adibo iã,  
Et exponam illis singula. EP. Rectà en nos petit.

AP. O nimium fœlices, ò terq; quaterq;

Beatos, que is tam gratiosa perpetim,

Tam delicata adest Princeps. EP. Meritò quid

At præsto est. Audiamus diligentia

Summa, quid nos uelit, quid cupiat perfici

A nobis. AP. Sic sanè. VO. Saluete Clientuli

Charissimi. EP. Salue tu quoq; Patrona præ

Deabus omnibus suspicienda unicè.

AP. Et tu eternum salua fies reuerenda Domina.

VO. Vix unquam antehac mihi uester opportunior

Exoptatusq; magis aduentus pol fuit,

Atq; modò. EP. Quì sic agedum Hera? VO. Nam uos

iam uolebam

Et ambos & solos. AP. Cuius nam gratia

Rei? Quid caussæ est? VO. Audietis luculenter ac

Compendiosè rem omnem. Cernitis satis

Haud dubiè, quæ uicissitudo iam repenti

In nostri commodum oborta sit: Videtis inquam

Sole ipso clarius, quòd etiamsi hostis illa

B

Nostra

A C T V S

Nostra capitalis Virtus nos aliquandiu  
 Modis & innumeris & crudelissimis  
 Infectata fiet, atq; omnem ad cō sedula  
 Mouerit in hoc lapidem, quò nostri nominis  
 Tum honorem tum etiam eternitatem funditus  
 Obliteraret, nunc tamen aut parum aut nihil  
 Proficere possit amplius: quin bona hominum  
 Pars illam sensim deserant, nostroq; se  
 Se ultrò submittant imperio, id eo quidem  
 (Laus inferis genitoribus) successu, ut hęc  
 Regnum iam nostrum quotidie magis ac magis  
 Adaugeatur ac uigeat foeliciter.

EP. Videmus hanc satis faustam met. amorphosin  
 Hera, congratulamurq; (ut par est) tuæ ob  
 Id maiestati plurimum. AP. Hunc profectò nos  
 (Crede Domina) diem sibi iuimus unicè  
 Hactenus. VO. Animus in me uester perspectus est  
 Sæq; superq; mihi. Scio etenim, quàm semper hoc  
 Volueritis unum, ut mea propagaretur &  
 Latissimè radices ageret gloria.

Quum igitur (ut diximus) ultrò ad nos confluant  
 Mortaleis pleriq; omnes, operæ etiam mihi  
 Precium uidetur, ut uolentibus simul  
 Addantur calcari, hoc est, quos iam nouimus  
 Paratos; hos etiam porrò paratiores  
 Nostris reddamus tum promissionibus

P R I M V S.

Tum muneribus: Reliquos autem, qui nostræ adhuc  
 Adherent hosti, propositis quoq; præmijs  
 Paulatim inescemus, donec & ipsi dare  
 Nobis nomina cupiant. Hæc mea sententia est.  
 Iam uestram quoq; uicissim audire gestio.  
 Quamobrem quid consultum uobis uideatur hæc,  
 Ingenuè profitemini. Decreuimus  
 Nanq; , nihil nos inconsultis uobis unquam      Sc.  
 Facturas omnino. EP. Consilio herclè hoc tuo  
 Nullum planè à nobis excogitari  
 Poterit commodius. AP. Nullum sanè Domina, nullum:  
 Etiam si in hoc uel omnes mundi huius Sophi  
 Adhiberentur. VO. Sed ut ordo certus in omnibus  
 Seruetur, non minus uidetur utile  
 Mibi atq; necessarium, amandare quosdam  
 Ex Affectis nostris prius, quàm in publicum      Sc.  
 Nos prodeamus, qui uiam parent nobis  
 Ad populum, nostramq; omnibus annuncient  
 Et gratiam & uoluptatem. Quæ uestranam hæc,  
 Agitè sententia est? EP. Consilium & hoc bonum est  
 Apprimè Hera. AP. Est profectò consultissimum,  
 Si quid ego possum iudicare. VO. Atqui sumus  
 Ex omnibus nostris nullos fideliores  
 Hactenus experte, atq; ambos uos. EP. Eia. VO. Quid  
 est  
 Res ipsa, dico liberè, Quapropter, ut

A C T V S

Hæc obsecundetis nobis, & qua hæctenus  
 Semper soliti estis, ea & nunc beneuolentia  
 Nos complectamini, rogatos intimè  
 Vos uolumus. EP. Si quid adepol in uiribus  
 Nostris est, quo tibi inseruire tam hac in re Sc.  
 Quàm alijs possimus unquam, non est quod roges,  
 Immò impera, & paratos usq; senties  
 Nos. AP. Itidem pol meam quoq; sedulò fidem  
 Operamq; in omnibus polliceor Domina. VO. Sic  
 Nos procurabimus uicissim (credite)  
 Ut non ijsdem solum, quibus hucusq; sed  
 Longè etiam tum maioribus tum solidioribus Sep.  
 Perpetuò gaudijs, delitijs, canticis,  
 Choreis, leti nobiscum fruamini.  
 EP. Quidam in ijs, quæ nostrarum sunt partium,  
 Nonquam (te propitia) sensura es desides  
 Nos aut incurios: sic nobis haud quoq;  
 Dubium est, quin tu tui similis futura sis  
 Semper, eaq; quæ es pollicita, fide benè  
 Stabili obfirmatoq; animo præstitura. AP. Nil  
 Minus equidem, atque hoc metuo. VO. Laudo uos su-  
 praq;  
 Quàm dici possit habeo gratum, quòd mihi  
 Tantopere fidatis. Verum intrò iam antea,  
 Quàm iter ingredi amini, mecum concedite,  
 Ut lauto nos reficiamus conuiuio.

EP. Haud

P R I M V S.

EP, Haud detrectabimus id quidem Domina, sed i  
 Tu præ. AP. Tu nos præcede, nos uerò sequemur  
 Illicet. VO. Agè igitur, telam ipsa exordiar. EP. Ita  
 Decet sanè.

CHORVS.

Vulgaris est paroxmia:  
 Vaccam maculatam sordibus  
 Esse eius omnino indolis,  
 Vt & alias simul inquinet.

Estq; hæc profecto uerissima.  
 Ipsa etenim experientia docet,  
 Illam omnes, quas cunq; poterit,  
 Cauda aspergere iuenculas.

Ad eundem uerò modum  
 Et impietatem cernitur  
 In corrumpendis hominibus  
 Esse affectam per omnia.

Nam, quoniam ipsa impiissima est.  
 Vitijsq; scatet omnigenis,  
 Iccirco hûc sedula nititur,  
 Vt omnes quoq; tales sient.

Hinc nimirum usq; uigilat,  
 Modumq; exquirat & uiam,  
 Quibus suis erroribus

A C T V S

Inducat tandem simplices,

Tam aduersatur uidelicet

Pietati semper candidæ,

Tanto uirtutis dogmata

Vsq; infectatur odio.

Sed hoc tamen interim pios

Potissimum solabitur,

Quòd Dominus demum pessima

Consilia infringat impiùm.

Vtcunq; seducantur hæedi,

Diaboloq; obaudiant:

Conseruabit suas tamen

Oues Seruator omnium.

ACTVS II. SCENA I.

Senarij Iambici acatalectici.

Sardanapalus. Paris. Epicurus,

Apitius.

\_\_\_\_\_ *Fœlix uobis faustusq; sit*  
*Huius itineris ingressus. Verùm haud temperare*  
*Mihi hercules possum, quin comiter uos modò*  
*Aliquantisper, adeò à uobis egrè queo*  
*Diuelli, PAR. Neq; ego per Medium fidium meis*

*Tantum*

S E C V N D V S.

Tantum imperare iam nunc possum affectibus,  
 Quin itidem deducere uos mihi libeat.  
 EP. Eia obsecro, manete intus Proceres uiri,  
 Manete quæso. Haud opus est nos deducere.  
 AP. Manete hem Principes obseruantissimi.  
 Quorsum facit, uix uos intricariet  
 Molestijs nostri caussa? Hoc enim neq;  
 Nobis, neq; uobis profuerit quippiam.  
 Quin potius inrò ad delitias pristinas  
 Chorcasq; reuertimini. Nos uobis breuè  
 Aderimus rursum, auspice Voluptiâ. SAR. Si ita  
 Igitur uoltis, non adeò refragabimur:  
 EP. Sic satius est profectò, haud poenitebit id  
 Vos unquam. SAR. Maecti itaq; uirtute estote uos,  
 Aestuq; secundo uos itineri accingite.  
 PA. Ite pedibus faustis uiri, dijs hominibusq;  
 Applaudentibus. EP. ita faxit sacra Voluptia. Ast  
 Valete uos diu, uestriq; pergite  
 Esse similes. AP. Valete longum Principes:  
 Nos hâc iam despectemus rectâ. SAR. Et uos quoq;  
 Valete in proximum foeliciter. AP. Bonis  
 Auibus hæc nobis usq; conficiatur &  
 Cedat profectio. EP. Haud nobis dubitandum in hoc  
 Erit. Cuius legatione fungimur,  
 Ea extra dubium fortunabit omnia  
 Nostro pro uoto. AP. Insignis iam nobis quidem,



A C T V S

At ardua tamen imposita est Legatio,  
 Mea certe sententia: quare utile  
 Simul ac necessarium fuerit, ut hęc,  
 Dum in itinere adhuc sumus, expendamus nonnihil,  
 Deliberemusq; altius, quānam uia  
 Demandatam hanc commodiūs obire liceat  
 Prouinciam. EP. Deliberandum ijs erit,  
 Qui uel præter animi sententiam, uel ex  
 Cæca ignorantia (ut ferè fit) loquimur. Hi  
 Siquidem quod tum sibi tum alijs fraudi fiet  
 Incircumspectius interdum effutire con-  
 Sueuerunt. At nos hoc timore liberi  
 Prorsus sumus, nil nobis huius tempore  
 Vllò est timendum. Nam nostro in negotio  
 Tractare possumus nihil, nil dicere,  
 Quod sera concomitetur pœnitentia.  
 Quod enim sumus nos curaturi, eiusmodi est,  
 Ut non Dominam solùm nostram, sed & perim  
 Nosmetipsos contingat cum primis. Ut autem  
 Vnusquisq; sibi proximus est, sic sua quoq;  
 Semper (etiāsi uel nil cogitet minus)  
 Studiosè quærit. AP. Vera sunt quæ dicis. ast  
 Hoc tamen operæ præcium fuerit considerare,  
 Ecquæ is utendum Argumentis potissimum  
 Ad uolgens sit, quibus in amorem fortius  
 Rapiatur Principis nostræ. EP. Id mihi curæ erit.

S E C V N D V S.

Ego hoc effectum reddam. Tu tamen modo

Vbi uerba ad Concionem habenda fuerint,

Mea tuis confirmato elogijs. Sic in ore

Vtiq; duorum uerbum omne reputabitur

Constans & ueritati consentaneum.

AP. Magnas tibi herculè ago gratias, quòd his

Me curis liberes Collèga. Porrò quod

Ad testimonium quidem meum attinet,

Experieris me sedulum per omnia ac

Fidelem, ut hactenus semper. EP. Non ambigo.

Sed per pol tempestiuè appulimus. Vide etenim,

Quàm multitudo illic hominum fiet frequens.

AP. Euge. omen faustum. adsit modò Voluptia

Nobis, ut cedant omnia fœliciter.

EP. Haud deerunt nobis (sat scio) iacula Procridis.

Verum priusquam accedamus propius, erit

Fortasse non inconsultum, ut sermonibus

Illorum aureis accommodemus non nihil.

Nam sic occasio nobis conueniendi eos

Maior præbebitur. AP. Quodcunq; uidebitur

Tibi instituto nostro commodum, optimè

Idem & mihi placebit: sentiesq; me

In omnibus sequacem ac morigerum. EP. Bene est.

ACTVS SECVNDI,

SCENA SECVNDA.

B S

Eiusdem

A C T V S

Eiusdem generis, sed partim acatalectica,  
partim hypercatal.

Agirta. Methystis. Phagus.  
Aselges.

**N**ON aliud persuadere mihi adeo modo  
Possum, quam Circulatores omneis simul  
Ab Harpyis esse interceptos: tam nemo iam  
Usquam prodit, qui nos spectaculo aliquo aut  
Saltatiuncula saltem recreet. ME. Dij,  
Quam dura res sitis est, adeo ea premor  
Miser, ut loqui uix dum amplius queam. AG. Quis hęc  
Meum interrumpit sermonem? Sic cine decet  
Heus tu, quisquis es, animi concepta inter. Sed hem,  
Quid dico? Tū Methysti ades? ME. Ego ipse praesto  
Sum Agirta. AG. Ignosce quae so frater chare, si  
Incogitantius quid effutiuerim.  
Non te prauideram sanè, ita me Iupiter  
Summus feruet. ME. Non excusatione opus  
Est: nihil enim est peccatum, quin tu plurimum  
Salue. AG. Et tu salue milliès, lepedissime  
Congerro. Quid est nouarum rerū obsecro? ME. Nihil  
Omnino, quod sciam. At unum scio, me maxima  
Videlicet siti torquerier. AG. Siti ne?  
Vnde hunc contraxisti morbum? ME. Hoc cine rogatu  
Dignum.

S E C V N D V S.

Dignum est? Ex hesternâ potatione, eaq;  
Nimia, contraxi. Hoc enim mali ebrietas habet,  
Vt quò magis impensiusq; biberis,  
Eò uehementius sitias die altera.

AG. Ego quidem neq; ebrietate admodum  
Neq; luxu delector, at hoc unum infidet  
Animo usq; meo, ut nouarum expiscer copiam  
Rerum undiquaq; ut has quotidie inaudiam.

ME. Trahit sua queng; uoluptas: hic libidine,  
Ille ocio, alius lusui, alius poculis,  
Alius alijs atq; alijs rebus inhiat

Ac indulget. AG. Sic herculè est. Sed dij boni,

Quàm simile semper gaudet simili, quàm furem  
Fur cognoscit, lupumq; lupus. ME. Quorsum hoc agè

Dicis? AG. An non congeryones nostros uides

Rectà huc pperâtes? ME. Quòsnâ queso? Nullū enim

Videre adhuc datur uspiam. AG. Quid? Captus es

Oculis adeò, ut nihil amplius uideas? Vidèn,

Phagum atq; Aselgen huc simul accurrere?

ME. Iam uideo eos mecastor, atq; gaudeo

Adesse. AG. Et me profectò illorum aduentus haud

Parum afficit. PH. Salute uos imperior

Commessatores festiuissimi.

AS. Saluete Compotores robustissimi.

AG. Saluete uos quoq; Circumforanei

Insignes. PH. Quid consultatis? Sunt seria

A C T V S

Quæ tractatis negocia? Ita enim par erit,  
 Ut pedem aliò referamus interim. ME. Nihil  
 Omnino seriæ est rei, nihil profectò  
 Habemus præ manibus, quod uos uelimus unquam  
 Cælare. Quin accedite audacter. AS. Nihil  
 Noui (obsecro) uobis allatum est? Nihil uspiam  
 Audistis, quod in rem fiet nostram, unde quid  
 Emolumentum nobis accrescat? AG. Nihil  
 Prorsus, adeò nihil, ut hac de caussa ferè  
 Totus languescam. AS. Atqui tu Agirta tam nouis  
 Semper consueuisti studere rebus, ut  
 (Meo quidem iudicio) uastum quis mare  
 Sine aquis citius reperiat, atq; te sine  
 Illis. Vnde igitur hæc iam manat inopia?  
 AG. Ut aliàs ijs abundem, iam nihil  
 Planè habeo: Quare ex uobis potius gestio  
 Quid certi audire, si quidem licebit. PH. Ah  
 Alas lupum habere frustra suspicâre. Nil  
 Nos certè curamus magis, quàm ut carnis ac  
 Ventris probè exatiemur usq; cupidinem.  
 Ag. Verum, ni me præfaga mens fallit mea,  
 Non ambigo, quin breui lati simum auditurus  
 Sum nuncium. ME. Utinam hęc uerus sis, quantūlibet  
 Aliàs tuo pro more mentiare. AG. Si  
 Quidem fidem mihi habeatis, uidebitis  
 Breuè me prædixisse uera. PH. Scilicet

Verà

S E C V N D V S.

Vera, ast per antiphrasin. AG. Immò uerissima.  
 Atq; en, huc tendere Peregrinos conspicio  
 Duos. Videtis? Quid, si ex his audire leta  
 Detur? AS. Nondum herclè persuadere possamus,  
 Te ueridicum esse uatem. AG. Prestolamini  
 Paulisper, & tum (si quidem sefellero)  
 Mendacij me arguite certatim. PH. Benè  
 Habet, placet nobis conditio hæc omnibus.

ACTVS II. SCENA III.

Eiusdem generis, cuius præcedemia.

Epicurus. Apitius. Agirta. Methystis. Phagus,  
 Aselges.

**E**cquid, hem Apiti, arridet confabulatio  
 Tibi hæc? Quid sentis obsecro? Num infeliciter  
 Huc appulisse nos putas? Num inutile  
 Meum fuit consilium. AP. Omnia, Epicure mi,  
 Cesserunt nobis ex sententia: omnia  
 Pro uoto summo contigerunt hactenus.  
 Principium sat profectò plausibile est. EP. Sed &  
 Longè plausibilior erit progressus. AP. Id  
 Sacra sic faxit Voluptia. AG. Ecce adsunt uiri.  
 Miranda iam audietis. ME. Utinam uero & hæc  
 Nobis commoda. AG. Ne dubitetis. EP. Adeste huc si-  
 mul

Populè

A C T V S

Populi omnes, huc properate terræ principes,  
 Huc iudices accurrite. PH. Dij, quàm clamor hic  
 Est uehemens. Mirum quid allaturi sient  
 Rerum nouarum. EP. Adeste inquam omnes (si modo  
 Quid rationis uobis reliquum est) nostrisq; iam  
 Aureis præbeite maximè attentas. AS. Stupor  
 Me corripit pol totum, AG. Vah, umbram tuam  
 Metuis. R. heginis es formidulosior  
 Sanè. Verum, hem Congerrones, quin rumpimus  
 Moram? Quid accedere detrectamus? ME. Age, non  
 In me quidem mora ulla erit, accedamus illos.  
 AG. Accedamus suadeo, non poenitebit unquam.  
 EP. Huc, huc: huc inquam adeste populi. audite quæso  
 Atq; animaduertite. Non enim leuicula aut  
 Inutilia uobis dicturi uenimus,  
 Sed seria utiliaq; & quæ miris modis  
 In rem uestram faciant. ita tamen, ut simul  
 Iucunda, plausibilia, meraq; gaudia  
 Ferant abundanter secum. AP. Ah, attendite  
 Viri nostris sermonibus ne: negligite  
 Legationem, in uestri prorsus gratiam  
 Susceptam à nobis. AG. Quid iam? adhuc mendacij  
 Me arguitis? Nonne uates sum ueridicus?  
 PH. Credemus posthac tibi. EP. Vt autem negocij  
 Totius constet uobis summa, sic se habet:  
 Ab excellenti illa Dea Voluptia

Venimus

S E C V N D V S.

Venimus Legati ad omnes uos, quos iuuat

Viuere suaviter, ut eiuster maximum

Vobis annunciemus propalam fauorem.

ASEL. Eugè, Voluptiæ meminit, huius m. hi

Pol uel solum nomen perquàm est gratissimum.

ME. Meritò herclè. EP. Emisit nos inquam Voluptia,

Voluptatis omnigenæ Dea, cuius quidem

Quæ sit potestas, quantâue magnificentia,

Vel ex solo nomine uobis constare sat

Potest. Hæc ipsa, quoniam cernit plurimos

Deutos esse sibi, decreuit, omnibus

Se culturis fideliter, communicare

Suos honores, diuitias, uoluptates,

Se.

Deliciasq; quibus fruitur, omnijugas. Et ut

Eò nobis fidem habeatis constantius,

Uiq; experiamini, rem ita ut diximus habere

Per omnia, ipsamet uobis aderit breui,

Suamq; declarabit excellentiam

Verbis ut liquidis sic etiam certissimis.

AP. Viro huc credite (moneo) si uobis unica

Saltem mica sapientiæ est reliqua. Salus

Enim uestra hinc omnino propendet. AG. Quid bene

Vobis uidetur Combibones? quid sapit

Hoc uobis paradoxon? ME. Si uera loquantur hi,

Insigne pol est Euangelion auritus

Meis. PH. Idem mecastor & ego similiter

Sentio



A C T V S

Sentio. EP. Deliberate iam uiri, quid hac  
 In re sitis facturi, & responsum date  
 Nobis. AP. Deliberate, sed in hunc modum, ut  
 Vestrae uobis felicitatis perpetim  
 Habeatur ratio. Alioqui enim tandem uelut  
 Mures picem gustabitis. AG. Ego quidem  
 Viri (quicumq; estis) celsissimi, pro me  
 Cuius sententiae sim paucis eloquar.  
 Quid alij sentiunt, relinquo liberum,  
 Ut dicant postea. Perpendi sedulo  
 Mecum, non solum nunc, sed & saepenumero  
 Alias, ita comparatum in hoc mundo esse, ut haud  
 Quicquam profuit homini omnia sua opera, etiam  
 Si semper ijs sese ad summum usq; afflictitet.  
 Sapiens enim moritur ut stultus, doctus ut  
 Indoctus, diues ut pauper, pius haud secus  
 Atq; impius. In summa: Ut principium est omnibus  
 Commune, sic idem quoq; omnibus exitus.  
 Quare, quum ita res habeat, stat sententia,  
 Postpositis omnibus nugis huiusmodi,  
 Me totum quantus sum, sacrae Voluptiae,  
 Eiusq; delitijs per omnem addicere  
 Vitam. Haec mea responsio est. EP. Laudandus es  
 Profecto plurimum, & uere sapiens. Sed heus  
 Quid uos sentitis caeteri? ME. Quod me attinet,  
 Sic nempe sentio. Exiguam & cum taedio

Sc.

Est tem-

S E C V N D V S.

Est tempus uitæ nostræ: nec refrigerium  
 Tamen in fine hominis apparet uspiam.  
 Adhæc nemo est, qui sit reuersus ab inferis.  
 Verùm ut nati ex nihilo sumus, ita etiam  
 Non dubium est, quin demum post hanc uitam, quasi  
 Nunquam antea fuisset, ad nihilum erimus  
 Dissoluendi rursus. Cur igitur usq; nos  
 Hæc macerare operibus, laboribus,  
 Curis, miserijs, alijsq; id genus malis?  
 Ast quid multis? Totum sacre Voluptatis  
 Me consecro, dedo, deuoueo. EP. Laudandus est  
 Tu poles maxumè, sentisq; quæ decent  
 Sapientem. Vos autem reliqui: ecquid animo  
 Vobis sedet? PH. Dicam equidem quàm paucissimis.  
 Video cunctos hominis dies doloribus  
 Aerumnisq; esse plenos undiquaq; nec  
 Vllam superuenire noctem, in qua queat  
 Paulùm requiescere animus à molestijs.  
 Melius itaq; censeo, comedere, bibere,  
 Et ostendere animæ suæ parta bona de  
 Laboribus suis, quàm sic esse anxium  
 Semper. Quamobrem et me, quantum sum, Voluptatis  
 Addico Clientulum. EP. Nec tu minus herculè  
 Ab omnibus es dignus laudari, qui ita  
 Sapienter iudices. Verùm quid tu bone  
 Vir sentis? AS. Sentio, tempus nostrum transitum

A C T V S

Vmbræ esse, nec expectari reuersionem  
 Possè unquam. Nemo enim omnino reuertitur,  
 Vt ipsa experientia docet. Atq; hinc colligo  
 Tandem, esse nihil consultius, quàm ut celeriter  
 Dum præ morte licet, delitijs fruamur, ac  
 Vbiq; relinquamus lætitiæ signa. EP. Quid  
 Igitur? Siccine te quoq; nostræ Voluptiæ  
 Fore discipulum fidelem polliceris? AS. Hoc  
 Vnum statui irreuocabiliter. EP. Piè facis  
 Per Iouem. Ita nanq; æternam promereberis  
 Et immortalitatem & gloriam tibi.  
 AP. Vide, accedunt & alij adhuc rectà horsum. EP.  
 Agè  
 Veniant. AG. Maneamus quæso tantisper, ut & horum  
 Aequè audiamus sententiam. ME. Agè, per placet.

ACTVS II. SCENA III.

Acatalect. & Hypercat.

Nephalius. Enkratius. Epicurus  
 Apitius. Agirta.

**D**II immortales, quænam isthæc cõgregatio est?  
 EN. Papæ, qd hæc turbæ frequẽtia mōstri alit?  
 Num quis nouus adest hospes? NE. Quem hęc audio?  
 Tène Enkrati? EN. Me ipsum Nephali charissime.  
 NE. Haud te præuideram. EN. Credo, sed quid (putas)  
 isthæc

S E C V N D V S .

Isthæc sibi populi uolt multitudo? NE. Sum  
 Profectò nescius, nisi quòd suspicor  
 Venisse aliquem spermologum illuc. EN. O uanitas  
 Hominum uanissima. EP. Huc uiri, huc accedite  
 Pedatò, nunciumq; quod lætissimum  
 Adferimus, auribus secundis (suadeo)  
 Accipitote. NE. Hem uocamur Encrati. EN. Audio.  
 Quid nuncij adfertis uos, cui prætere nos  
 Aureis purgatas uoltis? EP. Præstantissimum  
 Sanè: hoc nimirum, quòd uobis communicare  
 Sacra Voluptia delicias omneis suas,  
 Rerumq; adeò omnium abundantiã uelit:  
 Si modo submittere uos ei, uestraq; dare  
 Nomina fiet animus. EN. Hui, Voluptiæ?  
 EP. Eidem scilicet. EN. Eãne ueras queat  
 Delicias omniumq; exuberantiã  
 Rerum uobis largirier? EP. Sola ædepol.  
 EN. O libyca bestia, quid nunc audio? Siccine ex  
 Musca elephantem facis? Ast apage cum tua  
 Ista Voluptia procul hinc. Haud tempore  
 Enim ullo illecebris me seduces talibus.  
 Nam scio, quid sit Voluptia, quid suis  
 Ea cultoribus relinquat præmij:  
 Finem uidelicet omnium tristissimum.  
 NE. Nec me profectò adeò unquam dementabis, ut  
 Voluptiam (dæmon nimirum pessimum)

A C T V S

Mihi pro tutrice eligam. Aliam habeo,  
 Virtutem nempe: huic uni ego firmiter Patronæ  
 Adhærebo, artus dum meos uitalis ille  
 Vegetabit spiritus. EP. Non sic uiri boni,  
 Non sic obsecro. Ne uos ipsi seducere  
 Temerè uelitis. EN. Surdis narras fabulam,  
 Tace precor. efficies nihil. nam plurima  
 Quidem uulpes nouit, uerum certè echinus  
 Vnum magnum. Non laqueis capitur Simia.  
 EP. Eia obsecro, ne ipsi uestram aspernamini  
 Salutem. EN. Conticesce queso: è pumice  
 Enim aquam postulas: uerba facis mortuo.  
 NE. Seducito, quoscumq; aut poteris aut uelis:  
 In nobis certè collocabis operam  
 Eandem, ac si Aethiopem laues. AP. Ne ita pergite,  
 Per immortaleis uos Deos oro. Noxiam  
 Hanc ponite pertinaciam: alioqui etenim  
 Sapietis, sed nimis serò herculè: nimis  
 Inquam serò sapietis. EN. Auffugiamus hinc  
 Properè Nephali, ne Sirenes hæ suo  
 Nos cantu. Ah bone Deus, quæ est hominum insania?  
 NE. Abeamus sanè: in me non ulla erit mora.  
 EP. Abite, ut ut libet. Veniet (mihi credite)  
 Tempus, quo pœnitudine ducamini:  
 Sed factum stulti cognoscetis serò. AP. Ita  
 Post deuoratam rem rationem inibitis.

EP. Verum

S E C V N D V S.

EP. Verum, quid uobis (ò boni) sententiæ  
Adhuc reliquum est? Nunquid etiam uos commouent  
Istorum contumeliæ atq; opprobriæ?

AG. Ne tale quid de nobis suspicamini:

Haud sumus enim, quibus nec aræ neq; fides.

Non muliebri gerimus ingenium. Verum quidem est,

Quòd ad iracundiam nos non parum incitant

Huiusmodi illorum calumniæ: sed ad

Defectionem certè adeò nihil, ut perinde,

Immò etiam magis in proposito obduremus, atq;

Ante à .EP. Bene. Pro ista igitur perseuerantia

Vestra & fidelitate summum præmium

Referetis propediem. AG. Id sacra Voluptia

Faxit. AP. Ne dubitate. haud deerit cultoribus

Suis ipsa unquam. Ast tempus iam nos admonet,

Vt Principem nostram repetamus denuò,

Quò euentum à nobis cognoscat negocij.

AG. Et nos profectò uenter latrans admonet,

Vt in popinam aliquam concedamus simul,

Symposionq; ibi instituamus lautulum.

EP. Vos in eadem, qua coepistis, sententia

Constanter perdurate, breuì (ut diximus)

Ipsa deerit. AG. Constantissimè obdurabimus.

Vos modò, ut adsit quàm primùm, procurate. EP. Sic

Flet. AG. Valete igitur uiri integerrimi,

Sacræq; nos iuxtà omnes commendate pro

A C T V S

Parte uirili Voluptiæ. Nos iam ad popinam  
 Rectà tendemus. EP. Illic præstolamini  
 Nos tantisper, geniumq; fouete sedulo,  
 Donec reuersos unà cum Voluptia  
 Nos audieritis. AG. Exatiabimus herculè  
 Ad summum usq; aqualiculum, ut latrare desinat  
 Tandem. EP. Sic facite. Quid uidetur hem tibi  
 Collèga? Num fefelli? Non dixi, fore,  
 Ut quemadmodum principium plausibile fuit,  
 Sic & progressus esset fœlicissimus?  
 An non id ita factum uides per omnia  
 Modò? AP. Haud fefellisti mecastor, uerus es  
 Epicure. EP. O quàm gratissimum erit nuncium  
 Hoc nostræ Principi, quanto opere gaudio  
 Perfundetur, quanta exultatione nos  
 Excipiet? AP. Maxima certè. Sed admodum  
 Me malè habet interim, quòd illi alij a deò  
 Nostram calumniati sunt, nostraq; animo  
 Tam præfractò contempserint consilia, EP. Quid  
 Hoc te malè habeat? Ist hac peruicacia  
 Nanq; haud nostræ queunt obesse quippiam,  
 Sed sibi potius ipsis. Si umbram sequi uolunt,  
 Si cum cane illo Aesopico carnem ore gestam  
 Relinquere, quàm ab incertis desistere  
 Malunt, pergant sic more suo audacter. Breuè  
 Tempus ueniet, quo aliud uelint factum. Breuè

Quod

S E C V N D V S.

Quod Phrygibus olim, illis eueniet, nimis  
 Videlicet sapient serò. Verum adsumus  
 Iam aulæ nostræ: quare citra dilationem  
 Ingrediamur, de syderabundantijs præ  
 Omnibus Heram summis repleamus gaudijs.  
 AP. Ita faciamus ædepol, arridet id mihi optimè. Oc.

☞ C H O R V S. ☞

Ea est hominum peruersitas  
 Innataq; corruptio,  
 Vt ab ipsa etiam pueritia  
 Ad omne malum propendeant.  
 Et quod mirandum herclè est magis,  
 Vsq; adeò student maliitiæ,  
 Vt quò ea uetita est impensius,  
 Hòc ipsi magis eam expleant.  
 Hinc nimirum usu quoq; uenit,  
 (Vt cernimus apertissimè)  
 Quòd eos citius audiunt,  
 Qui noxia tradunt dogmata.  
 Immò hos solos sanctissimos  
 Purissimosq; iudicant,  
 Hos eximijs honoribus  
 Afficiunt usq; sedulò.  
 At eos qui spiritalia



A C T V S

Cœlestiaq; ipsos docent,  
Neq; admittunt neq; audiunt,  
Sed planè habent derisui.

Quis iam uerò hæc subsistere  
In Iustitiæ poterit uia?

Quis ab hoc malo contagio  
Se immaculatum custodiet?

Id herclè quàm paucissimis  
Licebit in hoc mundo assequi.

Vix nanq; fieri potest,  
Quin inficiatur uspiam.

Veruntamen fiduciam  
Qui collocat in Altissimum,  
Is tutus erit ab omnibus,  
Ac nonquam commouebitur.

Et si ceciderit forsitan  
Humana ex imbecillitate,  
Haud ipsum deseret tamen  
Sed eriget mox Dominus.

ACTVS TERTII.  
SCENA PRIMA.

Eiusdem generis cuius præcedentia.

Virtus sola.

Prò

TERTIVS.

**P**Rô summe Pater Deus, quid iam nunc audio?  
 Itân? Voluptiæ insidet, mortalium  
 Porrò omnium sibi conciliare pectora?  
 Itân? ob unicam hanc causam emisit suos  
 Quoquoversum, meis ut placitis derogent,  
 Cunctosq; sensim à me alienatos in suam  
 Trahant constanter hæresin?  
 O indignum facinus, ô flagitium nullo  
 Vnquam tempore pol expiandum, ô temeritas  
 Monstrorissima. Quid heu nunc capiam consili?  
 Ecquæ is potissimum rationibus modò  
 Nefarios istos ausus anteuortere  
 Licebit? Ab omnino de me iam actum erit  
 Sat scio. Noui etenim. quàm sic hominum cogitatio  
 Omnis ab ipsa statim adolescentia in malum  
 Propensa, quàm ad uetita nitatur perpetim.  
 Quod ego uix tempore longo obtinere apud  
 Eos quiui, id certè seductrix illa ter  
 Pessima Voluptia, intra spacium horæ unius  
 Suis illecebris dissipabit, destruet,  
 Demolietur, usq; adeò letale mûlsum  
 Oblectat miseros. Atqui non adeò meum  
 Hæc metuo damnum, non mei adeò uereor  
 Contemptum, ut summi scilicet parentis. Is  
 Siquidem Animas, quas per gnatum suum unicum  
 Semel ex orci faucibus Sathanicâq;

Di.

Sc.

A C T V S

Tyrannide asserere dignatus est, per hanc  
 Rursus pestem amittet, ijsq; spoliabitur.  
 Quis uerò non hoc de fleat? Quem tanta non  
 Ad commiserandum moueat clades, utpote in  
 Qua haud corpus solum exponatur periculis  
 Quàm plurimis, sed & anima insuper (ò pudor)  
 Pœnis miserè tradatur infernalibus?  
 Sed flere nil iuuat: melius est forsitan,  
 Immo longè melius est, ut precatione  
 Assidua deuotaq; diuini inuocem  
 Numinis auxilium, quò & me & gloriam suam  
 Potenter uindictet atq; tuètur. O  
 Igitur maxime rerum opifex, turris, fortitudo,  
 Assertor, propugnator, portus omnium  
 Tibi fidentium, tu quæso nunc olympo  
 Ex alto mihi famulæ tuæ adsis, tu manus  
 Auxiliatrices porrige, tu potentiam  
 Tuam omnipotentem iam exere, quò beluam hanc  
 Septicipitem, meretricem Babylonicam,  
 Voluptiam nimirum peruersissimam,  
 Aggrediar, oppugnem, uincam. Ast quid turbinis  
 Circumquaq; hęc auditur? Vnde murmur hoc  
 Repentinum? Quid horridus hic sibi uidet somus?  
 Prò Deum & hominum fidem. Iam uideo: Voluptia  
 Ipsa uenit, magno constipata examine.  
 Quid nunc agam primò? Quid auspicabor? Heu

T E R T I V S.

Me miseram, uæ mortalibus. Statim ne eam  
Adoriar, an expectabo, donec concionem  
Vocauerit incoeperitq; affarier?  
Tantisper certè præstolabor. Sic enim  
Ex uerbis illius uenari occasionem  
Oppugnandi commodius mihi licebit. At  
Interea hæc auscultatrix stabo clanculum,  
Ne me uel conspicetur uel agnoscitet.

ACTVS III. SCENA II.

Eiusdem generis.

Voluptia. Epicurus. Sardanapalus  
Paris. Semiramis. Cleopatra.  
Apitius. Salpinctes.

**I**Tân ais Epicure, omneis ferè simul  
Sua daturus mihi nomina, meumq; unicè  
Aduentum præstolari? EP. Sic est Domina, uel  
Teste Apitio. Nam is non minus & adsuit  
Et audiit, atq; egomet sanè. VO. Commodum igitur  
Ac utile cum primis erit, ut itineri  
Iam nunc accingamur, ne nostra fors mora  
Paratos abalienet rursùm. SAR. Tempus est  
Mecastor Hera. Inquiunt enim parocemâ  
Vulgari: Saccum aperiendum è uestigio,

Quæ

A C T V S

Quum sacula nobis offeratur. PA. Inquiunt  
 Ita & uerè quidem. Videmus nanq; cum,  
 Qui paulò antè paratus fuit ut qui maximè,  
 Paulò post uix centenis posse equis trahi in  
 Nostram sententiam. VO. Sic res equidem se habet.  
 Quare heus Salpinctes, tu præcede nos parum,  
 Tubæq; clangorem excita, ut omnes sciant  
 Nos actutū adfuturas. SAL. Effectum id curabo Sc.  
 Hera clementissima, tu sequere ubi libuerit.  
 VO. Hem Sardanapale atq; Pari, uos præcedite  
 Nos ambo. SAR. Ita fiet. PA. Probè curabitur.  
 VO. Tu uerò mihi Semiramis ad dexteram  
 Adhereto. SEM. Parebo lubens, quicquid iusseris  
 Domina. VO. Tu autem Cleopatra latus claudes mihi  
 Sinistrum. CLE. Haud partibus deero meis. VO. Ceterum

Vos Epicure & Apiti nos consequimini  
 Quàm proximè, citra omnem intercapedinem.  
 Sic tum Pedissequæ etiam, quæq; suo ordine  
 Aptè sequentur. EP. Curabuntur omnia  
 Hera tuo pro arbitrato. AP. In nobis haud erit  
 Princeps incluta, quod non tuis respondeat  
 Exactè uotis. Quicquid iusseris modò,  
 Effectum strenuè reddemus. VO. Certa sum  
 Facturos uos, fideles quæ deceant. EP. Ea  
 Ipsa profectò, haud dubites. VO. Agè, eamus igitur.

ACTVS

ACTVS TERTII.  
SCENA TERTIA.

Methystis. Aselges. Agirta. Phagus.

**E**Cquid repentinus portendit hic sonus  
Taratantare? Diſ, quàm obſtueo, uox faucibus  
Præ curſu terrorcſq; hæret. AS. Quid buccinæ  
Hic clangor monſtri alit? Quid? Ah artus mihi  
Ingenti præ timore concutiuntur omnes.  
PH. At at, quantopere ad hunc tubæ clangorem ego  
Miſer conturbor. Nonquam, quod ſciam, mihi  
Horror tantus. AG. Vah, quanta uobis fortitudo  
Ineſt? In pulcicis etiam morſu Deus  
A uobis inuocatur. Immo uel unicus  
Muſculus (ut ego quidem iam conſpico) ſuo  
Vos facile curſu perterrere poterit.  
Quid? Num ex leporis omnino ediſtis corculos?  
ME. Qui ſic Agirta? Num tam ridicula tibi  
Hæc buccinatio uidetur? AG. Ridicula plane.  
Eſt nanq; futuri ſignum præſens gaudiſ.  
Cur ergo incutere uobis perturbationem aut  
Timorem poſſit? AS. Quid ais Agirta? Non-  
Dum mihi datur aſſequi, quorſum tuis uelis  
Aenigmatibus. Dauus ſum, non Oedipus.  
Quare dic clariùs obſecro, quid ſentias.

PH. Et

A C T V S

PH. Et mihi certè sermo tuus paradoxon adhuc  
 Videtur. ME. Nec mihi minus ædepol. Qu.  
 Nam natatore Delio (mea quidem  
 Sententia) opus fuerit, ne quis in eo  
 Nostrum fors præfocetur. AG. Dij, quid audio?  
 Siccine meras lippitis ollas, ut uidere  
 Haud dum amplius possitis quicquam? An non uidetis  
 Voluptiam iam nostram adesse regia  
 Sua cum maiestate, ut ambo illi uiri  
 Prædixerunt? ME. Voluptiam? AG. Voluptiam  
 Inquam. ME. Quis scis? AG. Quia illi iidem proximè  
 Eam sequuntur: ME. iam uideo. Certè ipsamet  
 Est. AS. Est haud dubiè. Nam & ego uiros conspicio  
 Eosdem, nobis qui dudum aderant. PH. Dij,  
 Quanta omnino huius Principis elegancia est?  
 Quanta & cultus & corporis concinnitas,  
 Venustas, pulchritudo? AG. Adest, fauete iam  
 Omneis æquè linguis, ut audire liceat,  
 Quidnam dictura sit nobis potissimum.  
 PH. Ipsi erimus Pythagoreis taciturniores,  
 Verum certè non per quinquennium tamen.

ACTVS TERTII.  
 SCENA QUARTA.

Acatal. & Hyperc.

Salpinctes

T E R T I V S.

Salpinctes. Agirta. Methystis. Voluptia.

Virtus. Sardanapalus.

**E** Ho, omnes quotquot adestis, huc simul oculos,  
Aurcis, mentemq; iam uestram conuertite,  
Ut nimirum, quid dicendum uobis ueniat Anap.

Modò, audiatis & clarè & fideliter.

AG. Auditis Congerrones, quid præcipiat hic?

ME. Audimus. AG. Aduertamus igitur animum

Dictis summa cum diligentia, obsecro.

ME. Accuratè profectò, ne dubita. AG. Benè est.

VO. Me aspiciate Viri, me audite unam, si uiuere

Vobis perpetuò collibet. Ego Voluptia

Sum, Dea uidelicet omnium suauißima.

Ego uoluptatis sum largitrix unica.

Ego illa inquam sum, quam non una quepiam natio

Aut altera colit, sed quam totus orbis in

Vniuersum consensu herculè maximo

Suspicit, adorat, ueneratur. Me nanq; tum

Reges tum Principes sequuntur anxie:

Me sacraati Sacerdotes ubilibet

Religiosissimè obseruant. Me Virginum

Venustus concomitatur ordo. Me chorus

Mulierum uenerabilis admiratur. Me item

Ac mea uexilla milites fortissimi

Summo studio per omnem uitam prosequi

Honos



A C T V S

Honoribus encomij. q̄; gestiunt.  
 In summa: Omneis æquè, quibus cordi est salus,  
 Meo sub imperio uiuere suauiter  
 Desyderant. Quid ni uerò? Meo etenim  
 Ex pectore molles dimanant perpetim  
 Voluptates, delitiæ, risus, cantica  
 Dulcia, & omnia deniq; bonorum genera. Sub  
 Me uel nulla senectus uel sanè florida,  
 Sub me nil lugubre, nil infortunio  
 Subiectum, nil expositum ullis periculis.  
 Ast contrà, me qui contemnunt, qui respuunt  
 Mea placita, condignas subire ac perpeti  
 Coguntur pœnas. His enim neq; gaudium  
 Erit, neq; pax, neq; fortuna prospera,  
 Neq; sanitas, neq; delitiæ, neq; claritas  
 Famae aut honoris, neq; longæua deniq;  
 Tum uita tum uoluptas: sed contrà dolor,  
 Afflictio, mœror, infortunium, sitis,  
 Fames, ualetudo aduersa, ignominia.  
 Id quod uel in hostis nostræ Virtutis (at  
 Vitij ferè dixissem) cultoribus satis  
 Semperq; colliquet, ne aliunde sit opus  
 Exempla petere. Persuadent sibi fatui  
 Homines, solida ea esse omnia, quæ calumniatrix  
 Illa execrabilis phaleratis assolet  
 Subinde pollicerier sermonibus.

T E R T I V S.

Sed fallentur, fallentur inquam pessimè:  
 Sera nimis illorum resipiscentia erit: ah  
 Tardè nimis tangentur pœnitudine.  
 Quare (ò uiri) si uobis animus est simul,  
 Fœlicitatem ueram apprehendere perpetim:  
 Si syncera uoluptatis cupidine  
 Vlla tenemini, Virtutem sordidam  
 Cane peius & angue prosequimini odio,  
 Me uerò unam ac solam, tanquàm summum bonum  
 (Quod & re ipsa sum, teste Epicuro)  
 Amate, suspicite, obseruate mordicus.  
 Sic ego uicissim. VIR. Quid me, heus tu Voluptia,  
 Quid inquam malefana Voluptia calumnijs  
 Nugosis, iniustisq; me proscindere  
 Pergis? Quid hem perfida, quid miseros decipis?  
 Quid sordeis luxusq; tuos laudas? Quandiu  
 Tuis illecebris Mundus diuexabitur?  
 VO. Apage hinc meretrix peruersissima, uel mox edes  
 Pugnos: amolire inquam te euestigiò hinc,  
 Nisi cupis, tuis ut erinibus inuolem.  
 VIR. Nihil efficies minis huiusmodi, nihil  
 A te mihi metuo. Quin quero ex te, unde nam  
 A quòue Dæmone huc instigata sies, ut  
 Illos erroribus audeas seducere,  
 Illos corrumpere, in quorum potissimum  
 Fauorem ac gratiam Dominus meus Crucem

D Mortem

A C T V S

Mortemq; sustinuit longè durissimam?  
 VO. Ecquis (dic uenefica) iste Dominus est tuus,  
 Cuius adeò. Ast silentio premam, addere  
 Ne uidear camino oleum. VIR. Quid? silentio  
 Conceptum animi premis? Sed crede, utcunq; me  
 Tuas malitias cæles, haud cælare eas  
 Tamen Deum poteris unquam. Ille abscondita  
 Etiam tenebrarum perspectissima habet: eum  
 Nihil omnium subterfugit. Porro autem, ut ad  
 Interrogationem tibi respondeam,  
 Scias Dominum meum esse illum, per quem omnia  
 Tum in cælo tum in terra creata sunt, cuiq;  
 Est tanta potestas, tanta magnificentia,  
 Tantus honor, tanta gloria, ut  
 In nomine ipsius genu flectatur omne  
 Cœlestium, terrestrium, infernalium:  
 Nimirum Iesum Christum à Nazareth, unicum  
 Naturalemq; parentis summi filium.  
 VO. Vah inuisum nomen. Video infœliciter  
 Me huc appulisse modò, uideo me iam nihil  
 Apud meos tyrones posse efficere, tam  
 Videlicet idem hoc nomen commemoratioq;  
 Ipsius pectus percellit meum. Agè igitur  
 Procul hinc nunc: discedam, donec tempus mihi  
 Sese obtulerit opportunius. Hem Principes  
 Comitesq; cæteri, uos me sequimini

Di.

Queso

T E R T I V S.

Quæso cur sim. SAR. Lubentes herculè, nihil  
Enim nunc gratius facere nobis potes.

Nam omnes ad meretricis istius pessimæ  
Vultum, adeoq; ad nominis Iesu mentionem  
Ingenti correpti terrore sumus. VIR. Fugin<sup>2</sup>  
Heus execranda? Quorsum properas? Siccine ad  
Vnius mentionem horrore concuti

Te finis? Ah uestigia Leonis queritas,  
Ut uideo. VO. Haud dum palmam feres

Di.

Saga. Aliud ueniet tempus, quo quod iam minus  
Meo arbitrato perficitur, resarciatur  
Abundè, idq; ingenti tuo periculo.

VIR. Exitus acta probabit. Verum haud adeò mihi  
Abs te metuo, ut non ausim posthac latius

Tecum manus conferere. Immò tam clanculum  
Non prodibis, quin ipsa quoq; ad futura sim,

Tuisq; quo ad uita mihi fuerit comes,  
Oggannitura heresibus illecebrisq;. VO. Ne

Vos quæso uiri, ne seductrici huic amplius  
Auscultaueritis, quin mox hinc subducite

Vos, meq; potius subsequimini, salus  
Si uobis uestra cordi est. AG. Perplacet Hera.

Nec enim est animus, diutius hęc figere pedem.  
VIR. Ah iuuenes floridi, ah ne sic seducere

Vos ac captiuarier à peruersissima  
Patiamini. Ne illecebris adlubescere

A C T V S

Huius nimium uelitis, suadeo. Adferunt  
 Nanq; ipsam mortem, innumeris uos periculis  
 Inuoluent. AG. Heus Congerrones, auffugite quàm  
 Primùm hinc, uos ibsecro, ne ita blasphemas  
 Istius inaudiatis. ME. Hoc decreuimus  
 Iamdudum omnes. VIR. Heus heus iuuenes, sistite pre-  
 cor

Paulisper cursum, attendite meis paululum  
 Monitis. AG. Quid hem subsistitis adhuc? Nonne uos  
 Facti pudet? Siccine sacræ Voluptiæ  
 Piam admonitionem omnino aspernamini?  
 Maturate gradum. ME. Ne stomacheris, adsumus.  
 VIR. Prô summe parens, ô pudor supra pudorem  
 Omnem. Nemo superest, qui nostra gestiat  
 Vel audire. Heu dolor dolor. Quid cogitem,  
 Aut quid dicam nescio. Deflexerum simul  
 Omnes, omneis perinde sunt inutiles  
 Planè facti: non est, bonum qui factitet  
 Amplius: haud est, qui studeat pietati, qui amet  
 Rectum, qui iustitiæ sacræ obseruans fiet.  
 Sed quorsum conducit diu immorariet  
 His quæstibus? quorsum. Verum ni lumina  
 Me fallunt prorsus, cernere me uideor duas  
 Nostri ordinis puellas. Certè conspicio  
 Paramythiam & Andriam. Mirum uerò, eæ  
 Quid hæc facturæ sint, quid adferam. Sed ex-

Spectabo

## T E R T I V S.

spectabo tantisper, donec adsint mihi.

## ACTVS III. SCENA V.

Eiusdem generis.

Paramythia. Andria. Virtus.

**D**Eum immortalem, quantam uoltus illius  
 Præ se fert moestitudinem? Verū haud profectò  
 Id mirum est, quom præsertim uix in millibus  
 Multis unus reperiatur, qui quod pium,  
 Rectum, iustum existit, requirat sedulò.  
 AN. O sæculum hoc ferreum, immò luteum,  
 Aut si quod deterius excogitariet  
 Luteo potest. Siccine Voluptia,  
 Lerna illa malorum, sua oppressit homines  
 Omneis tyrannide, ut nostræ huic nuspiam  
 Locus ullus sit reliquus? PA. Nullus planè, ut uides  
 Mea soror. Ast adest ipsa. VIR. Vnde uos precor  
 Iam adestis ò Sorores dilectissimæ, aut  
 Quò tenditis potissimum? PA. Te petimus unam  
 Ambæ AND. Ad te solam hoc arripuimus itiner  
 Mater charissima. VIR. At qua de caussa? PA. Ea  
 Nimirum, ut te relictam iam ferè ab omnibus  
 Partim consolaremur, partim etiam (modò id  
 Fieri possit) corroboraremus. VIR. Tametsi

A C T V S

Hoc pacto agatur mecum, ut ulla uix  
 Vel consolatio uel corroboratio  
 Animi mei tristitiam delenire possit,  
 Nihilò tamen minus aduentus est mihi  
 Gratiſſimus ueſter. AN. Dolemus plurimum  
 Certè uicem tuam alumna, compertumq; ſat  
 Habemus, te mirum in modum uri ob impios  
 Illos mundi nequiſſimi mores, ob &  
 Detestandam Voluptiæ tyrannidem:  
 Verùm precamur enixim, ut modum dolori  
 Adhibeas, ne te nimium maceres ſletibus.  
 Non diffidimus enim, quin ſummus pater & his  
 Daturus tandem ſit malis ſinem. VIR. Vtinam.  
 PAR. Ne dubita, quin reuoca ad memoriã altiùs,  
 Quantis ab ipſo mox mundi huius initio  
 In præſentem uſq; diem ſis impetitus &  
 Angoribus & perſecutionibus,  
 Et quàm potenter tamen ille ſuperum parens  
 Deuſte ab ipſis demum liberauerit.  
 VIR. Hoc unum ſanè me ſolatum eſt hæcenus,  
 Alioqui iamdudum abieciſſem hæſtam. AN. Futurum  
 Eſt, ut Voluptia unà cum ſuis breuè  
 Te adeò affligat, adeoq; oppugnet atrocibus  
 Iniurijs, ut nil ſpei uiderier  
 Poſſit reliquum: ſed tu obdurato fortiter,  
 Animo ſac ſis præſenti, non te deſeret

TERTIVS.

Diu orphanorum consolator, non suum  
 Diu differet auxilium. VIR. Vtrunq; cognitum  
 Habeo, & instantem scilicet afflictionem  
 Et liberationem diuinam. Neq;  
 Ob id magnopere laboro aut anxius animi  
 Sum: sed quòd tanta Erebi principibus interim  
 Turba hominum propinatur per Voluptiam,  
 Quòd tot mortalium pereunt aīe, hoc unū est Sc.  
 Quod me malè habet, hoc unum animum meum an-  
 xium

Cum primis reddit. PAR. Eia sis animo bono.  
 Suas Dominus non seduci sinet oues,  
 Nemo è manibus suis eas rapiet. VIR. Et hoc  
 Me solatur. Ceterum, ut ut eueniat tandem, Sc.  
 Stat sententia, neq; declinare ad dexteram  
 Neq; ad sinistram, sed resistere fortiter  
 Hosti ad mortem usq;. AN. Ita facito. Sic Deus Opt.  
 Max. aderit tibi presentissima manu  
 Viciſſim. PAR. Nō dubium est. Haud uerbum enim suū  
 Reuocabit unquam. AN. Ipsum certè cælum prius  
 Vniuersaq; terra peribunt, quàm id, quod semel  
 Pollicitus est, reuocet. Non est mutabilis  
 Ut homo, haud idem iam affirmat, iam negat simul.  
 VIR. Huic me totam commisi, in manibus ipsius  
 Omnes meæ sunt sorteis. Sed si commodum  
 Videtur, nostrum repetemus gurgustium



A C T V S

Vnà, atq; ibi de his agemus familiarius  
 Iuxtà ac fusiùs. P. A. Vbi uoles, in nobis mora  
 Nulla erit. VIR. Agc' igitur, me iam subsequimini.

CHORVS.

Vt tenebris cum luce nitida  
 Nulla omnino est communio,  
 Vt item nox atra & dies  
 Inter se planè discrepant:  
 Sic nempe Caro & Spiritus,  
 Sic impij iuxtà ac pij,  
 Sic Mundus item & Ecclesia  
 Inter se pugnant mutuò.  
 Hinc Caro, Mundus, & Sath.in  
 Attendant sedulò omnia,  
 Vt in suam sententiam  
 Quoscunq; possunt pertrahant:  
 At Spiritus è contrario  
 Suis cum sectatoribus  
 Adducere omneis sat agit  
 In sacrosanctam Ecclesiam.  
 Quò Caro uerò cum suis  
 Rerum possit potirier,  
 Omnia suadet morèalibus  
 Quæ à natura ipsis complacent.

Suadet

## TERTIVS.

Suadet delitias quærere,  
Carnis studere luxui,  
Sese exatiare libidine,  
Vacare semper ocio;

Sed Spiritus contrà docet,  
Pijsq; inculcat sedulo,  
Ut carnis potius comprimant  
Peruersas usq; cupidines.

Suadet delitias fugere,  
Luxuriæ uitium occidere,  
Sectari castimoniam,  
Sanctis uacare laboribus.

Verò ò nimis præposteram ac  
Vanam curam Mortalium:  
Consilia pellunt spiritus,  
Carnemq; sequuntur noxiam.

Pro uitam amplectuntur necem,  
Incommoda pro commodis,  
Pro delitijs perhennibus  
Sese ultrò immergunt tartaro.

## ACTVS QVARTI.

### SCENA PRIMA.

Nephalius. Encratius.

D S

Mirum

## A C T V S

**M**irum profectò, num ita res habeat, ut modò  
 Accepi. At non dubiũ est, quin habeat ita. Pro-  
 bẽ

Enim compertum est mihi, Deum haud unquam suam  
 Relicturum defenstricem. O quàm lætor ergò  
 Ex intimis animi mei præcordijs,  
 Quàm mihi summo præ gaudio cor subsilit,  
 Quòd nostræ nondum hosti institutum cesserit  
 Suo pro uoto. Faxit porrò maximus  
 Ille superum pater, ne unquam etiam cedat illi,  
 Quod molitur. Verum en, meus Encratius  
 Viam huc rectà affectat. Is haud dubie certior  
 De re omni est factus. EN. Hem, te 'ne hęc Nephali ego  
 Adeò repperio solum? NE. Nunc profectò, mi  
 Encrati. Salue plurimùm. Tuus mihi  
 Aduentus est gratissimus. EN. Saluere te  
 Quoq; iubeo frater. Sed hęc quid obsecro  
 Agis rerum, quid meditaris, quid pensitas?  
 NE. Id diuinare potes nullo negotio.  
 Ne uerò te diu suffensum detinere  
 Videar, dicam rem omnem (ut est) breuissimis:  
 Relatu accepi quorundam, nostram inter &  
 Voluptiam habitum esse duellum, atque hanc mox ha-  
 renda  
 Concessisse. EN. Ah, non est Nephali, quod habeas  
 Fidem omnibus. NE. Qui sic uerò? Non factum ita est?  
 EN. Pro-

Q V A R T V S.

EN. Proferre hęc nil possum certi. Exitus etenim  
 Anceps fuit. quod ad Antagōnistas quidem  
 Attinet. Ne. Heu, frustra igitur sum gaudio  
 Perfusus, ut audio. Nam letabar ob id  
 Mirum in modum. EN. Præterquàm quòd uictoria  
 Nondum sat solida apparuit, scio, neminem  
 Ibi ex uolgo præsentem tum fuisse, qui  
 Non in nostræ aduersariæ descenderit  
 Totus sententiam. NE. Hui tam cito? EN. Malis ferè  
 Semper magis citiusq; addicti reddimur,  
 Quàm ijs, qui tradunt pia salutariaq;. NE. Sic  
 Est. Omnes igitur ad eam deflexere? EN. Nemo  
 Inquam adfuit, qui non eius capesseret,  
 Idq; lubentissimè, monita. NE. Eheu iam redit  
 Mœror pristinus. Vtinam aliud mihi nuncium  
 Hòc prosperum mage contigisset. EN. Id ego  
 Quoq; (crede) malle. Immò (si optio quidem mihi  
 Concederetur libera) uel milliès  
 Mori ipse præcligerem, quàm ut saltem unicus  
 Illius inuolueretur unquam erroribus.  
 Scio nanq; & id optimè quidem, quòd, quemadmodum  
 Adherens Virtuti uitam æternam inuenit,  
 Sic qui Voluptiam sequitur, reperiat  
 Pro uita mortem, amarorem pro dulcibus.  
 Pro lætitiâ perhenni nunquam finiendam  
 Tristitiam. Verùm quando ut cupimus non datur

Tolerant-

A C T V S

Toleranda sunt nobis, ut res fert, omnia,  
 Donec meliora substituat Deus Optimus  
 Maximus. NE. Hem, abrumpe sermonem nunc paulu-  
 lum.

EN. Quid est? NE. Videor mihi nescio quid murmuris  
 Audire. EN. Timniunt aureis fors an tibi ex  
 Vaporum uitio. NE. Ut ut aliàs mihi timniant,  
 Iam nil huiusmodi sentio. Quin maximam  
 Etiam conspicor huc aduentantem turbam. EN. Vbi?  
 Vndè ue? Sed & ipse multitudinem modò  
 Hanc conspicor. Papæ? quid apparatus hic  
 Tam splendidus portendit? NE. Nisi me opinio  
 Prorsus fallit mea, affirmare au sim, uenire  
 Illic Voluptiam nostram aduersariam.

EN. Haud longè aberras à scopo. Nam præter illos  
 Quos incipio dinoscere paulatim, & ipsam  
 Peculiariter contuor. NE. O pessimum  
 Caput, ò turba teterrima. Prò maxime  
 Diuùm pater, siccine seductrix hæc tuum  
 Popellum: Sed addam uerbis coronidem.  
 Nam adest, ut uideo. EN. Ita præstat. Ast aliò interim  
 Deslectamus, donec præterierit ea  
 Suis cum illecebris. NE. Sic sanè, placet mihi.

ACTVS QVARTI,  
 SCENA SECVNDÆ.

Q V A R T V S.

Sardanapalus. Voluptia. Epicurus.

Paris.

**T**ivum herclè Domina consilium & probo maximè  
 Et laudo. Sic perge secundis uentis, ita  
 Nimirum exoptatam feres uictoriam  
 Tandem. VO. Haud ullo sum commissura tempore,  
 Ut quid eorum, quæ decreui præsentibus  
 Vobis, in me desyderetur. Sciuert.  
 Sciuert inquam, qua cum illi res fuerit, breuî.  
 Experietur planè (ast suo infortunio  
 Maximo) animus quis mihi fiet, potentiâ  
 Quid ualeam, quibus ego sim uiribus prædita.  
 EP. Meritò sanè Hera. Nam digna est, quam radicitus  
 Euellas. Siccine illa debebat tuam  
 Ad populum concionem interturbare? Itan?  
 Suis debebat suggillationibus  
 Dictorijsq; amaris te proscindere?  
 Ut Dij deæq; omnes illam malè perduint.  
 SAR. Perdetur belua, triceps hisce manibus  
 Meis. Videbit, non deesse Voluptiæ  
 Suos defensores, non deesse uindices.  
 PA. Vah quæ cogito, quàm cor mihi intus æstuat  
 Ingenti præ iracundia. O si redeat huc  
 Mastigia pestilens: uel oculos eruam  
 Illi, uel corpus certè tingam sanguine.  
 Crede mihi Heroïna, citius perfoedier

Me

A C T V S

Me uel mille gladijs patiar, quàm te sinam  
 Inultam. VO. Vostra mihi satis superq; pol  
 Comperta fidelitas est: nec dubito quidem  
 Semel, quin uos quod decet amicos candidos  
 Facturi sitis usq; Sed quem conspicio  
 Illic aduentantem? Certè, nisi cæcior  
 Tire sia sum, nostrum conspicio patrem,  
 Meum uideo altorem charissimum. Ipsus est  
 Mecastor. Gaudeo ob illius præsentiam  
 Maximopere. Deslectite paulisper hinc  
 Quæso proceres uiri, dum quid uelit audiam.  
 Arduum enim erit dubio procul negocium.  
 EP. Lubentes herculè obsecundabimus Hera  
 Tuis iussis. SAR. Quid ni? Neq; enim probos decet,  
 Sese intermiscere inuocatos cætui  
 Arcano. VO. Bellè sapitis. Meritò laudo uos.

A C T V S Q V A R T I.  
 SCENA TERTIA.

Pirastes. Voluptia.

**I**N tempore me huc appulisse uideo.  
 Quam nanq; quærebam, quam accedere animus  
 Fuit, eam hæc nunc repperio, diligentia  
 Summa nostrum procurantem negocium.  
 Adsit cœptis ter maximus Beelzebub

VO.

Q V A R T V S.

VO. Quorsum tu pater? ad nos ne concessurus es?  
 An aliò iter instituisti? PI. Ad te solam mea  
 Gnata. Iubeo te saluere. VO. Et tu saluus sis  
 Genitor mihi omnium longè charissime.  
 Quid caussæ est, quòd tam longinquam profectiõnem  
 Ad nos susceperis? PI. Dicam paucissimis  
 Filia: Relatu manium quorundam, hinc ad  
 Nos per Parcas transmissorum, diebus ex-  
 Actis accepimus, Monstrum illud pessimum,  
 Quod per antiphrasin Virtutem nuncupant  
 Impij, ut hactenus, ita & iam maxumè tuis  
 Præclaris studijs ausibusq; reniti, eamq;  
 Ob rem tecum etiam in harenam descendisse pro  
 More suo, ac conuitijs egisse plurimis.  
 Ne igitur tu eius forsã maledictionibus  
 Commota ab instituto resileas, nihi hoc  
 Negocij princeps noster Beelzebub  
 Cum cæteris uenerandis patribus dedit  
 Potissimum, ut quàm primùm conuenire te  
 Eniterer, animumq; tibi fortem adderem ac  
 Infractum contrà omnia Virtutis spicula.  
 Hac itaq; de caussa iam adsum, hæc occasio  
 Aduentus est nostri. VO. Nunc clarè intelligo,  
 Quantæ ego sum curæ & tibi pater & inferum  
 Principibus præstantissimis. Et hoc (mihi  
 Crede) haud parum dabit currenti calcaria.

Sed



A C T V S

Sed differe iam obsecro, quibus rationibus  
 Hosti aptius nostræ resistere debeam,  
 Quibus modis eius retundere machinas  
 Commodius possim. PI. Aderit t'reuî ipsa, sat scio.  
 Quum ergo accesserit institueritq; more pro  
 Suo uerba in te contumeliosa, fac  
 Virago sis, ogganniasq; illi acriter,  
 Nec committas unquam, ei ut concedas loco  
 Herbamue porrigas. Quin si proficere nil  
 Poteris uerbis, ad uerbera te conuertito.  
 Ad sunt tibi tui satellites, ad sunt Sc.  
 Patroni, hos inuocato, horum utere brachio.  
 Haud te unquam deserent (mibi crede) haud te suis  
 Destituent præ sidijs. VO. Ea me spes tenet.  
 PI. In illis (me suasore) non erit mora.  
 Tu modò macta uirtute (ut coepisti) tuis  
 Adesto partibus, tuumq; simul &  
 Nostrum regnum ex inimicæ creptum faucibus  
 Fortiter assere, defende, tuere, uindica.  
 VO. Ita fiet Pater, ne dubita. Ast hoc uelim  
 Rogatum te interim, ne tu nos deseras,  
 Quum ad conflictum uentum fuerit. PI. Quanq; diu  
 Absesse domi præ arduis negocijs  
 Mihi uix liceat, tamen quandoquidem sentio  
 Hæc regnum nostrum uel seruari perpetim  
 Vel certè (quod maximus auertat Beelzebub)

Periclitari

Q V A R T V S.

Periclitari ac æternum succumbere,  
 Si palmam præsertim secum hostis auferat,  
 Manebo hæc inuisper (sed clanculum tamen)  
 Donec sit absoluta tandem fabula.  
 Et sicubi confirmanda sis aut monenda de  
 Rebus aliquibus ad causam faciemibus,  
 Adero tibi frequens insufflando. VO. Sic age  
 Precor. PI. Tu iam uerò cœptis insistito,  
 Ego me interim abdā alicubi. VO. Viraginem  
 Me esse uidebis pater. PI. Vale igitur filia  
 Chara unicè. VOL. Vale & tu genitor optime.  
 Ast tempus est, ut conuocetur Concio.  
 Nam iam dudum haud dubiè me præstolantur. Heus  
 Itaq; Salpinctes, Audin' ? SAL. Adsum Domina, dic  
 Me quid facere uelis. VO. Sonum da buccinæ,  
 Quò nostri conueniant statim tyrunculi.  
 SAL. Factum puta. VO. Benè habet, ego mox subsequar.

ACTVS QVARTI.

SCENA QVARTA.

Afelges. Phagus. Methystis. Agirta.  
 Voluptas. Salpinctes.

**I**O, io. Tubæ audio clangorem. Euge, iam  
 Meum in me pectus exultat præ gaudio.

E

Iam

A C T V S

Iam scio adesse columen nostrum Voluptiam.  
 Auditis'ne hem Congerrones, quid buccinae  
 Sibi sonitus uelit? PH. Audimus certè, atq; ob id  
 Solùm tam nunc turmatim accurrimus. ME. En adest  
 Princeps Voluptia, nostra omnium salus  
 Et anchora. Euzx, quanta animum iam hilaritas  
 Meum corripit? Ast ubi tu Agirta tam diu  
 Delituisti interim? AG. Proh pudor, egon' ultimus?  
 Atquì esse primus meritò debebam. ME. Satis  
 Adhuc maturè ades. PH. O fœlicissimos,  
 Quibus hanc Principem aspicerè, alloqui, immò adhuc  
 Amplectier etiam licet. AS. Si inuium  
 Tam est plausibile, quàm a putas finis adferet  
 Bona, commoda, premia? AG. Ea si connumerare quis  
 Particulatim uelit, is harenam etiam in maris  
 Littore numerare poterit. Verùm ut uideo, adest  
 Iuxtà nobis illa. Taceamus igitur, ut  
 Quid sit dictura inaudiamus commodè.  
 ME. Ne gry quidem loquemur. VO. Manda silentium  
 Salpinctes. SAL. Fiet Princeps clemensissima.  
 Silentium uobis indicitur uiri,  
 Fauete itaq; linguis, & quid Voluptia  
 Vobis propositura fiet animaduertite.  
 VO. Saluere uos omnes multum iubeo o uiri  
 Mihi fidelissimi. AG. Aduenus herculè tuus  
 O præclarissima Dearum est omnibus

Nobis

Q V A R T V S.

Nobis longè gratissimus. AS. Aduentū Hera  
 Tibi gratulamur prosperum. PH. Conspectibus  
 Profectò tuis Domina nobis nil gratius  
 Vnquam potest contingere. ME. Delitiæ unica  
 Tua nobis est presentia: quinimmò ad tuum  
 Conspectum non secus ac si nectar non sine  
 Nepenthe biberimus, subitò exhilaramur æquè  
 Omneis. VO. Collaudo uos alumni plurimum,  
 Ac habeo gratias, quòd adeò nomini  
 Addicti sitis nostro, quodq; sordidam  
 Præ me Virtutem contempseritis strenuè.  
 AG. Quid ni uerò Domina? Quis non certis frui,  
 Mallet delitijs, quàm incertas frustrà ac diu  
 Expectare? Illa suos spe inani pellicit:  
 At tu contrà tuis & polliceris &  
 Præstas solida ac certa. VO. Benè habet. Audite iam  
 Igitur porrò, quæ dudum ob interruptionem  
 Illam tumultuosam hostis nostræ eloqui  
 Haud aptè poteram. AG. Dic, quodcumq; libuerit  
 Hera, auditores experieris sedulos.  
 VO. Dixi diebus exactis, à me unica  
 Ac sola promanàre uoluptatem omnem: adhæc  
 Orbem uniuersum nostro subditum esse regno  
 Imperioq;. Id iam argumentis certissimis  
 Probabo, ne quis me forsàn mendacij  
 In simulare queat commodè. Quod attinet

A C T V S

Sanè ad primum, uidetis ipsi sat superq̄;  
 Nullum uspiam esse in toto nostro corpore  
 Locum, nullam partem, unde non peculiari  
 Aliqua uoluptas procedat. Aspicite queso  
 Ac contemplantini singula membra: faciem,  
 Oculos, os rubicundum, genas, mentum, collum, Sc.  
 Humeros, brachia, lacertos, pectus, hubera,  
 Ventrem, fœmora, pedes, & si qua alia id genus  
 Sunt, ex quibus metiuntur pulch. ritudinem  
 Homines. Quod horum obsecro non elegantias  
 Meras, merasq̄; uoluptates testatur? Cat.  
 In corporis uerò statura, in incessu, Sc.  
 In ornatu, in uestitu, quid non undiquaq̄;  
 Est plenum suauitate, maiestate, item  
 Delitijs, gloria, concinnitate? Quis  
 Hinc non perspicuè colligat, quanta & animus  
 Ipse fiet præditus omnino fragantia,  
 Quanta uoluptate? Sed alterum nunc prosequar  
 Etiam paucis, ut nimirum ostendam ac probem,  
 Omnes orbis totius incolas meo  
 Subiectos esse imperio, idq̄; lubentissimè.  
 Euoluite precor annales, consulite Mundi  
 Historias, & inuenietis dilucidè,  
 Non huius solùm tempestatis homines  
 Me obseruare atq̄; sedulo uenerarier,  
 Verùm priscos etiam & antiquos unice

Q V A R T V S.

Meum coluisse numen. Exempla petitis?  
 In promptu sunt. Præter eos nanque, quos modò hęc  
 Præsentēs cernitis, Sardanapalum inquam, item  
 Paridem, Cleopatram, Semiramis, adhęc  
 Epicurum, Apitium, & alios quàm plurimos,  
 Nostro etiam imperio subditi quondam fuere  
 Insignes aliquot reges atq; principes,  
 Videlicet Xerxes, Antiochus, Ptolemæus,  
 Octavianus, Tyberius, Caligula,  
 Claudius, item Nero, Sergius, Galba, & alij  
 Notæ huius innumeri. Ne quid dicam interim  
 De ducibus strenuis Hannibale & Holopherno,  
 Item de priuatis quoq;, Caio Sergio,  
 Domitio, Crasso, Metello, Clodio,  
 Tribunitio, Catilina. Sed quid his diu  
 Commemorandis conducit immorari?  
 Quorsum facit hoc uaslum mare altius ingredi?  
 Dies enim me longè citius deseret,  
 Quàm omnes nostros cultores nominatim ego  
 Recensere queam. Eloquar igitur paucissimis  
 Ac summatim, sigillatim quod non licet.  
 Me coluit Assyria, Aegyptus, Troia, India,  
 Græcia, Babilonia, Mauritania, Asia,  
 Europa, Affrica: Me uenerati sunt Sarmatæ,  
 Numidæ, Parthi, Thracæ, Persæ, Aethiopes, Getæ,  
 Sycambri, Itali. In summa nullus planè fuit

A C T V S

sub sole populus, nulla regio, cuius haud  
 Sim habita semper tutrix unica, Dea, Columnen.  
 Quamquam uerò hostis illa nostra Virtus &  
 Per seipsam & per suos nostros aliquandiu  
 Honores pristinos aberuncare uisa  
 Est: nunc rursus tamen, uelit, nolit, suæ hi  
 Restituuntur tum dignitati tum quoq;  
 Maiestati: idq; hoc pacto, hac fruge, ut ij etiam,  
 Quos hæcenus habebam mihi insensissimos,  
 Iam turmatim placita suscipiant nostra. Sed  
 En, appropereat mea Mastigia, & istum uolens  
 Suo pro more sermonem interrumpere.  
 AS. Vah pessimum caput, scortum impurissimum.  
 VO. Adhærete mihi firmiter: uiraginem,  
 Si accesserit, sentiet. PH. Haud deseremus unquam  
 Te Domina, ne metue. VO. Ea me spes sustinet.

ACTVS QVARTI,  
 SCENA QVINTA.  
 Virtus. Voluptia.

A H bone Deus, pergite etiam aduorsaria?  
 Nondum satis habet, quòd tam multos in sua  
 Pertraxit retia, nisi & omneis simul  
 Sibi reddat addictos? Heu quid faciam modò?  
 Quò me uertam? Quid consilij capiam? Sinam

Hoc

Q V A R T V S.

Hoc ipsam pacto pergere? Tacebo penitus?  
 Ah non isthuc è re mea est, non partium est  
 Mearum. Sic enim est futurum certius  
 Certo, ut totum porò Mundum in suam heresin  
 Allectet. Irruam in ipsam igitur, nec ab instituto  
 Animi desistam, dum halitus in me erit super.  
 Heus impia seductrix, nondum' ne tuo satis  
 Factum est uoto, quòd hos miserè uinclis tenes  
 Captiuos, quòd tua hos premis tyrannide,  
 Nisi & uniuersum porò orbem in tuam trahas  
 Sententiam, exitioq; summo mancipes?  
 VO. Egon' tibi uenefica rationem de omnibus  
 Reddere cogar? Tu pro libidine tua  
 Me proscidisti insigniter hactenus, tuis  
 Me pro arbitrio usquè impetiisti calumnijs:  
 Ne ègrè feras igitur uelim, si & ego uicissim,  
 Ut merita es, par referam pari. Profectò, qua  
 Tu mihi mensura es mensa, eadem à me quoq;  
 Tibi refundetur. VIR. Quod ego in hùc diè usq; feci,  
 Haud in mei feci fauorem aut gratiam:  
 Non inseruiui mihi, sed maximo patri  
 Deo, adeoq; uniuerso Mortalium  
 Generi. At tu quod moliris, nulli commodum  
 Parit, præterquam tum tibi ipsi, tum patri  
 Tuo Pirastæ ter nequissimo. VO. Quid ais?  
 Patrem' ne meum nequissimum uocas. VIR. Ita



A C T V S

Certè. Verùm non ipsum solum, sed etiam  
 Te. Ut ille enim mali omnis summus auctor est,  
 Sic & tu mater, satrix, fomesq; omnium es  
 Scelerum. Te nanq; duce, in Mundo libidines  
 Omnigenæ, immunditia, turpitudines  
 Peraguntur. Te duce languescunt fortia  
 Hominum corpora robustiq; artus. Te duce  
 Iuuenus florida marcescit, uirilis ætas  
 Periclitatur, deperit senectæ. Tu  
 Ingenia corrumpis, tu pectora inficis,  
 Tu sensus dissipas, tu rationem facis  
 Brutam. Ex te morbi & innumeri & lue sua  
 Perniciosissimi dimanant. Ex te item  
 Prælii, discordiæ, lites, homicidia,  
 Et quid malorum non? VO. Quæ isthæc recensio  
 Est? VI R. Queris exempla? Tibi uni acceptum ferend-  
 dum

Est, quòd Troia olim florentissima periit  
 Incendijs exitiosissimis, quòd &  
 Parthorum regna excisa sunt, quòd Asiæ  
 Imperium amplissimum ruit, quòd Græcia  
 Insignis succubuit: ne commemorem interim  
 Corinthum, Aegyptum, Assyriam, Rhodum, Thraciã,  
 Et alias id genus regiones ineluctas.  
 Vm? autem scire, quid in te expectandum fiet?  
 Nil sanè aliud, quàm fœda libido, crapula,

Luxuries

Q V A R T V S.

Luxuries, ebrietas, fastus, fallacia,  
 Dolus. Vis contra nosse quid in me fiet  
 Potissimum? Nihil aliud profectò quàm  
 Solida gloria, fama generosa, ipsissima  
 Salus, uerus honor, diuitiæ ueræ, decus  
 Perhenne, consilium sanum, iustum, pius,  
 Et rectum. O igitur iuuenes florentissimi, ò  
 Viri pulcherrimi, uostræ consulite quæ so  
 Saluti, pellite uanas istas corporis  
 Illecebras, fugite Voluptiam cane peius &  
 Angue: Imbuite uerò contra animos dogmate  
 Nostro, nostram amplectamini pariter uiam.  
 Sic uerè demum ad synceræ uoluptatis  
 Pertingetis habitaculum foeliciter. Sc.

ACTVS III. SCENA VI.

Sardanapalus. Paris. Voluptia. Afotia. Pirastes.  
 Aphrodisia. Argia. Malacia. Virtus.  
 Semiramis. Cleopatra. Agirta.

**V** Ah, quæ mihi circa cor ebullit sanguis. Hanc ne  
 Iniuriam, hæccine contumeliosa uerba  
 Inulta sinemus? PA. Inulta? Neutiquam. Sa. Quid ergo  
 Ut faciamus suades Paris? PA. Hæccine  
 Rogatu dignum? Euellemus eam funditus,

E S Idq;

A C T V S

Idq̄: euestigio. VO. O clientuli mei  
 Vestram fidem, me uindicate. PA. Ut dij deaq̄:  
 Omneis argilloquum illud monstrum. Siccine  
 Tu, dic agè, unicam deliciarum ducem  
 Dictarijs laceffere pergis? VO. Ne precor  
 Vestris me nunc præsidijs destituite. PA. Non  
 Id fiet Domina, tu bono animo sies.  
 SAR. Vah terræ pondus, uah mastigia. Tun' ita  
 Nostram audes Principem nobis præsentibus  
 Conuitijs incesfere? tun' hem oggannire in os  
 Illi haud uereris? AS. Quid? Taces? Hem hanc alapam  
 Tibi. PIR. Probè, sic pergite in maleuolam  
 Grassarier. PAR. Quid contanur? quid nectimus  
 Moras? In stercora deijciamus sordidum  
 Cœnum. SAR. Heus adeste simul Pedissequæ, manusq̄:  
 Flagitorum iniicite stabulo. APH. Adsumus  
 Vnâ omnes. AS. Apprëndite igitur eam simul  
 Mecum Puellulæ, apprehendite, ut in lutum  
 Prosternamus lutosulam. APH. In nobis mora  
 Haud ulla erit. ARG. Huc huc uenefica pessima,  
 Huc concedendum erit tibi. MA. Hęc tibi locus  
 Est deligendus, hęc iaceas Mastigia. PIR. Sic  
 Sic. ita uolebam. AS. Quid agè iam responsitas  
 O pessimum caput? Vbi iam linguæ tuæ  
 Virulentia? VIR. Non deest quod respondeam.  
 Sed quor sum isthuc facit? Cedere enim cogitur

Nunc

Q V A R T V S.

Nunc ius uiolentiæ. Verùm hoc tamen interim  
 Haud uos latebit, quòd uindex aderit breui:  
 Tum ipsæ in foueam, quam mihi parastis, incidetis  
 Credite. SAR. Quid? Cõminare etiã adhuc? VO. Cedi-  
 Hem filiolæ, trucidate, interimite funditus. (te  
 Quid finitis eam pergere? APH. Ne te quæso Domina  
 Maceres, nos hoc lolium cito extirpabimus.  
 VO. Ab ne parcite, neq; ipsi neq; pedissequis.  
 ARG. Bono esto animo: nam sunt ferè uelut mortuæ.  
 Immò ne my quidem facere audent. PIR. Laudo uos.  
 Sic decet. VIR. O oppressorum uindex unice,  
 Tu nunc mihi adesse digneris præsens, ut ex  
 Leonum horum eripiar flammiumis faucibus.  
 Tuas nunc in manus meum commendo tum  
 Corpus tum spiritum. MAL. Vah, meretrix pessima,  
 Summum uocas ultorem? SEM. Sine uideamus, is  
 Num sit relicturus olympum, atq; ipsi manus  
 Auxiliatrices porrecturus. CLE. Nil minus  
 Hercule fiet. Non sunt illi Mortalium  
 Adò res curæ. SAR. Curæ? Certè aliud nihil,  
 Atq; ociosus est rerum spectator, ut  
 Verè Epicurus noster dicere solet. Perinde  
 Ipsi est, sursum ne an deorsum ferantur. VO. Eia,  
 Iam letor ex animo, nunc omnis mœstitudo  
 Exempta mihi planè est, iam lati isthunc diem  
 Excipiamus. PA. Ita sanè Hera. Iam & tempus &

A C T V S

Locus & res, ut trepidiemus, postulat.

SAR. Sed unde potissimum auspiciabimur? PA. Meo

Quidem iudicio nuspiam commodius, atq;

A chorea aliqua triumphali. VO. Iudicium hoc est

Mecastor optimum. Sic fiat. Adeste uos

Igitur ad unum oēs, reges, reginae, Cancellarij, Oc.

Pedisseque, adeste inquam, & agite circulum.

Se. Nil per diūsidium fecero lubemius

Ego, quàm ut chorea huic intersim. Quare en sum pa  
rata,

Vbi commodum fuerit exordiamini.

CLE. Adsum & ego, nil planè magis in uotis habens,

Quàm huiusmodi choream mea praesentia

Ornare. SAR. Disperiam, si quippiam mihi

Placeat impensius, quàm ducere choream

Hanc. VO. Sed quis praecentorem aget? AG. Si nō meā

Domina reuerenda tenuitatem reijcere

Velis prorsus, ego praecentorem nunc agam,

Lapidaq; praebibo coetum hunc caniuunculā.

VO. Id uerò, bone uir, adeò non reijcio,

Vt, si facias, rem mihi etiam gratissimam

Feceris: haud solùm autem mihi, sed & omnibus

Hic iam praesentibus nostrumq; amantiibus

Honorem. Bene habet, iacta igitur fiet alea.

Verùm quod praecinuero ego, uos repetite

Vnà omnes. VO. Curabitur. SAR. Effectum dabimus.

AGIR

Q V A R T V S.  
A G I R T A .

Plaudite terrigenæ simul & plutonica regna,  
Nam capitalis ibi uestra inimica iacet.

CHO. Plaudite terrigenæ &c.

AG. Plausibus æternis hunc concelebrate triumphum,  
Est Virtutis enim gloria adempta modo.

CHO. Plausibus æternis &c.

AG. Exultate omneis, quibus est Dea sacra Voluptas,  
Hæc etenim fixit magna trophæa sibi.

CHO. Exultate omneis &c.

AG. Hanc unam semper Reginam agnoscite uestram,  
Sola hæc uestra fiet gloria, fama, decus.

CHO. Hanc unam semper &c.

AG. Hanc quoq; nos omnes ueneramur pectore toto,  
Huius in imperio spesq; salusq; uiget.

CHO. Hanc quoq; nos omnes &c.

AG. Absolui caniuunculam, consulite quæso  
Omnes æqui boniq; aliâs quod iam minus

Est præstitum, resarciam. VO. Non est, bone  
Vir, quod studium excuses: abundè enim satis

Tuo es functus pol munere, & tibi gratiam  
Habeo permaximam, quod sic encomijs

Nos concelebraueris. Sed quid uobis precor  
Proceres de hac ipsa canione uidetur? an

Non elegantissima fuit. SAR. Nil herculè  
Vnquam elegantius excogitariet

A C T V S

Eâ potuisset. PA. Musicen doctissimè  
 Perfectò callet hic præcentor, optimè  
 De nobis meritus est Domina. SE. Quoties subit  
 Eius recordatio animum, toties nouo  
 Profundor equidem gaudio. CLE. Concinniore  
 Audiui nonquam cantiunculam, uelut  
 In tertiam coelum raptâ fuisse uidebar Sc.  
 Mihi, dum præcineretur. VO. Vera omnes iudicatis,  
 Ast nunc conuiuio quoq; insistendum erit.  
 Quæ tre me iam intrò omnes simul sequimini,  
 Vt ibi genio indulgeamus, gaudijsq;  
 Refocilemus animos omnigenis. SAR. Placet  
 Hera, tu modò præcede. PA. Tu præcede nos  
 Domina, in nobis nulla mora erit. VO. Curabitur.

CHORVS.

Inter uirtutes cæteras,  
 Quibus Pij sunt præditi,  
 Duas habent potissimum  
 Præ omnibus excellentissimas.  
 Prior est, quòd mendacijs,  
 Mundi huius uanitatibus,  
 Alijsq; rebus impijs  
 Repugnant usq; fortiter:  
 Altera uerò ac præstantior,

Quòd

Q V A R T V S.

Quòd ueritatem candidam,  
Pietatemq; ipsam sedulo  
Tuentur & defensitant.

Verùm quid inde sequitur?

Quæ sors uicissim illos manet?  
Quid fructus illis adferent  
Huiusmodi mol' mina?

In Mundo sanè aliud nihil  
Manebit illos certius  
Quàm odium, inuidia, indignatio,  
Omniphariq; afflictio.

Insidiae illis ab impijs  
Ponentur ubiq; gentium.  
Quocunq; etiam uertent pedes,  
Dira imminebunt uincula.

Quamuis uerè & innocentis  
Studuerunt semper unicè,  
Habebimur perim tamen  
Longè omnium impijsimi.

Accusabimur acriter  
Hereseos ac maleficij,  
Crimen nullum tam enorme erit,  
A quo esse possint liberi.

Hinc iniicientur ignibus,  
Hinc obruentur lapidibus,  
Hinc bestiarum demibus



A C T V S

Dantur molendi atrociter.

Sed hoc unum illos solabitur,  
 Addetq; animum iure optimo,  
 Quod hi qui corpus auferunt  
 Animam haud possunt interimere.

Quod item breui pro afflictione  
 Tristitiaq; momentanea,  
 Aeterna in caelis premia  
 Habituri sint perhenniter.

ACTVS QVINTI,  
 SCENA PRIMA.

Nephalius.      Eucratius.

Satis moratum iam intus, tempus monet, ut  
 Egrediar demum expiscerq; ubi Patrona nostra  
 Agat, & quorsum nam rerum redacta res sient  
 Illius. Et commodum herclè. Nam si quid oculis  
 Video, Eucratius ego meum aduolantè huc conspicio.  
 Certè ipse est. Is pro solita sua procul  
 Dubio sedulitate rem exploratam habet  
 Omnem. EN. Prò Deum & hominum fidem, quis ru-  
 mor hic,

Quæ hæc fama est, quam audio? It an' uerū, à Voluptia  
 Heræ nostræ oppressam esse? O indignū flagitiū,      Sc.

Ofaci

Q V I N T V S.

O facinus, nulla unquam morte piandum. NE. *Dij  
Immortales, quid hæc querulosa sibi uolunt  
Verba, quid hæc lamentationes? Nescio  
Quid cogitare debeam potissimum.  
Quid est hem Encrati frater dilectissime,  
Quòd querimonijs adeò totus uacas?  
Num nam de nostra quicquid audisti? EN. Ah meritò ego  
Vaco querimonijs, iure lamencor. NE. Quid est?  
Ne me cales queso. EN. Vix moestitudine  
Fre maxima effari possum. Summa illa spes  
Nostra omnium Virtus tantum non funditus  
Extincta est à Voluptia. NE. Quid? Nostra ne  
Hera extincta est? EN. Prorsus, & id unà cum suis.  
NE. Heu me miserrimum: oh dolor super dolorem:  
Ah perij, quantus quantus sum. Haud diutius  
Iam uiuere libet. EN. Cui (nisi insanissimo)  
Viuere libèret, quum præsertim ea fiet  
Sublata, quæ lux Mundi fuerit hæctenus?  
Immò quid & nobis amplius expectandum erit,  
Nisi hoc unum, ut quidem ipsa tradita est neci,  
Ita nos quoque impetamur mox ab hostibus  
Crudeli mortis spiculo. NE. Ea certissimò  
Nos herclè fors manebit. Nam si haud ipsi Hera  
Pepercerunt, nec nobis parcere uolent,  
Vt potè seruis: si sunt matrem familiàs  
Insectati, insectabuntur etiam procul*

A C T V S

Dubio domesticos. Verum pape, quam ibi  
 Hoīs cerno speciē? EN. Vbi fodes? quis est? NE. Vide,  
 illinc que ad nos rectā tendit. EN. Dī boni.  
 Quod nam hoc spectrum est? Sed si quid aciei mihi  
 Adhuc est reliquum, uirginem esse suspicor.  
 NE. Qualiscumq; fiet, uirginis habet figuram.  
 EN. Atqui & duos ipsam angelos comitarier  
 Apparet. NE. Id profectō boni signum ominis  
 Est. EN. Vtinam. NE. Quid uerō suades? Nū paululū  
 Hinc deflectemus, donec transierit ea,  
 An hęc gradum sistemus tancisper? EN. Duo  
 Sumus, maneamus igitur, donec transeat.  
 NE. Si ita consultum uidetur tibi, placet & mihi.

ACTVS QVINTI,

SCENA SECUNDA.

Iustitia. Raphael, Vriel Angeli.

**O** He, que hic circumquaq; turbulētia  
 Apparet? quod uastum chaos conspicitur hęc?  
 Nunc demum & uideo ipsa & comperio plus satis,  
 Piorum clamores esse uerissimos.

RA. Non alter iam profectō res mortalium  
 Apparent Domina, immò apparent peius etiam,  
 Quam tum, quum tecum peteremus Gomorrhœorum  
 Ac Sodomitarum regiones. Quemadmodum

Enim

Q V I N T V S.

Enim tum omnia vitia ad summum fastigium  
 Conscenderant, nullusq; uirtuti locus  
 Omnino erat reliquus: sic & iam (ut ipsa res  
 Testatur abunde) peccatis referta sunt  
 Omnia simul, à minimo inquam usq; ad maximum:  
 Nemo ferè est super, cui Virtus inelyta  
 Sit cordi. VR. Sic est mi frater: quapropter haud  
 Quoque mirum est, si alma Virtus tanta passa sit,  
 Tantisq; adobruta malis. IV. At breui, ita uiuo,  
 Impia resciscet turba, quid egerit, suis  
 Quid molita sit effeceritq; nisibus.  
 Videbit Virtutem, Virtutisq; affectas  
 Deo curæ esse, non adeò (ut sibi pessimè  
 Persuasit) ab ipso deseri. Perseuicet  
 Clarè, propter miseriam inopum atq; pauperum  
 Gemitus, surrecturam Domini omnipotentiam,  
 Aduenturam ultionis diuinæ diem.  
 VR. Acquum & iustum est. Satis uanq; diu maximus  
 Ille & Dominus & creator noster sua  
 Promisericordia immensa cõmeritã poenã distulit. Oc.  
 Verùm quum diuitias eius patientie,  
 Bonitatis, ac longanimitatis respuant  
 Homines cæci, meritò in eos irã ac furore  
 Tandem grassatur. RA. Misericors sanè est Deus  
 Noster, adeoq; & summè misericors, sed &  
 Iustus perinde est. Verùm miserandum tamen

A C T V S

Hoc est cum primis, quòd sic Mortaleis sibi  
 Ipsis damnum exitiabile inferunt, suæq;  
 Ipsi perditionis sunt authores. IV. Ea est  
 Mundi indoles. Perniciem querit unicè,  
 Salutem uerò quantumlibet & utilem  
 Et necessariam aspernatur. At en, quos hęc Sc.  
 Reperimus homines tam solos? Voluptiæ ne  
 An Virtutis sectatores? R.A. Si quid profectò  
 Externæ uultus speciei credi potest,  
 Sunt ex Virtutis ordine. VR. Non dubium; oculi  
 Enim ipsorum lachrymis madent, quod impijs  
 Vtiq; haud uenit usu unquam. IV. Censetis optime.  
 Nam nostrarum sunt partium. R.A. Lator equidem  
 Vehementer, esse adhuc aliquos, cordi quibus  
 Sit pietas atq; religio. IV. Nonquam deerunt  
 Sui Virtuti cultores. Sed adibimus  
 Eos rectà. VR. Vbi uolueris Domina. Nos tuis  
 Tenaciter inhaerebimus uestigijs.  
 R.A. Ita sanè, subsequemur quocunq; iueris

ACTVS QVINTI,

SCENA TERTIA.

Encratius. Nephalius.  
 Iustitia.

Adest

Q V I N T V S.

**A**dest hem. Fœlix faustumq; fiet, ipsa quod  
 Apportat. NE. Spero, nam angelica præsentia  
 Lætum portendere solet omen. IV. Esse uos  
 Saluos iubeo uiri. EN. Salue tu quoq; uicissim  
 Matrona quæcunq; es. NE. Et te salute, qua  
 Licet impartimur Heroïna. IV. Quid hæc obsecro  
 Tam solitarij agitis, quales ue estis? EN. Sacræ  
 Sumus Virtutis, sed modò prò turpiter  
 Oppressæ, sectatores studiosissimi.  
 IV. Eius ne, quam nunc prostrauit Voluptia?  
 EN. Eiusdè ò Domina. IV. Sed hæc quid interim. EN.

Nihil

Aliud sanè, quàm ut desicamus eius hic  
 Cladem miserimam, utq; & nos simul ad idem  
 Paremus certamen. IV. Bono animo estote, nil  
 Iam uobis accidet mali. NE. Vtinam. IV. Fidite  
 Mihi. Ego enim & alumnæ uestræ ex hostium  
 Breuî manibus eripiam, & uos quoq; liberos  
 Reddam periculis ab omnibus. EN. Vtinam.  
 IV. Hac una de caussa cælo delapsa sum,  
 Huius rei nunc adsum gratiâ.  
 EN. O aduenisti igitur desiderabilis.  
 Iam pristina animi lætitia reuertitur.  
 Sed quod tibi nomen ò Domina reuerenda? ne  
 Id nos cæles queso. IV. Dicæ osinen uocant  
 Me Graij, Latij Iustitiam. NE. O iustitia præ

Qui.

A C T V S

Cunctis obseruanda unicè. Tuis illa (agè) es  
 Piorum tutrix constantissima: IV. Ipsa ego  
 Sum, ac talem nempe me esse uidebitis breuì,  
 Quum de Voluptia illiusq; pessimis  
 Sectatoribus, ut par est, pœnas sumpsero.  
 EN. O letam nimis hanc lucem, o uerè candidum hunc  
 Diem, quo consolationem huiusmodi  
 Audire nobis licuit. IV. Sed, quid audio  
 Susurrij? quid isthic sibi subitaneus  
 Iam uolt tumultus? NE. Ignoramus herculè  
 Domina, nisi fors hostis nostra Voluptia  
 Suo pro more prodit. Sic enim solet  
 Tumultuarier, quotiescumq; populi  
 Adit frequentiam. EN. Certè ipsa est: conspicio  
 Eam nanq; hisce oculis meis. Dim.  
 IV. Bene est, accedat: acta probabit exitus.

ACTVS QVINTI,  
 SCENA QVARTA.

Voluptia. Epicurus. Paris. Apitius.  
 Salpinctes. Sardanapalus.

**S**atis, clientes optimi, qua' nam modò  
 De caussa prodierim: ut nimirum posteaquam  
 Omnijugis intus indulserimus gaudijs,  
 Ob partamq; triumphauerimus uictoriam,

Nunc

Q V I N T V S.

Nunc quoq; populum ipsum, quem addictissimum mihi  
 Sum nactus, porrò conueniam, atq; in instituto  
 Foeliciter cepto promissionibus  
 Amplis retineam cor firmemq; ne (quod haud  
 Semel tamen uenit usu) admodas retrahere  
 Manus inducantur. Si igitur quid habetis, hac  
 Quod in re uel dictu uel factu commodum  
 Fuerit, mihi pro fidelitate solita  
 Communicate. Plus enim (ut prouerbium est)  
 Vident oculi, quam oculus: Et nullus in suis  
 Ipsius satis est perspicax negocijs.

EP. Vt nomine ego quidem respondeam omnium  
 (Id quod tamen pace fieri uestra uelim)

Et dico & affirmo constanter, neminem  
 Nostrum tanta prudentia esse praeditum,

Qui singula ad praesens necessaria negocium Sept.  
 Subtilius comminisci, argutiùs eloqui,

Et penitius auditorum animis insigere  
 Possit, quam tu una, o princeps clementissima.

VO. Eia. PA. Huic Epicuri sententiae ego pol  
 Prorsus subscribo Domina, utcumq; sentiant

Alij. AP. Quod ad me sanè attinet, eo totus &  
 Manibus & pedibus in eandem hanc sententiam.

Nec dubito, quin & ceteri idem pro se sent  
 Dicturi, si quidem quis eos interroget.

VO. Gratissimum habeo, mea quòd adhuc auctoritae



A C T V S

Tamē penes uos aestimetur, adest monet  
 Tempus, populi quò conuocetur concio.  
 Heus itaq; Salpinctes, adest dum, est quod uelim  
 Per te curarier. SAL. Adsum obseruandissima  
 Princeps, quid est, quod me uis facere? VO. Buccinæ  
 Aedito signum, nostri quò alumni conuolent.  
 SAL. Factum puta. VO nos iam pedetentim subsequi  
 Volumus. Breuē enim aderunt illi, satis scio.  
 SAR. Præcede tu Hera, sequemur unà singuli.  
 VO. Fict.

---

ACTVS QVINTI.  
 SCENA QVINTA.

Afelges. Phagus. Agirta. Methystis.  
 Epicurus. Voluptia.

---

DII, buccinæ iam clangor intonat.  
 Nunc aufugit omnis à me somnolentia.  
 O quàm dudum hanc audire gestijt animus.  
 PH. O clangorem desyderatum buccinæ,  
 Quàm desyderio iam dudum teneor tui.  
 AG. Euax, tubæ audio signum, iam Voluptia  
 Adest, delitiæ nostræ ac columen maximum.  
 ME. O sacram lucem, niueoq; dignam  
 Calculo, qua nū datur aure gratum

Q V I N T V S.

Buccinæ signum accipere sonoræ. Plaudite  
cuncti.

EP. Audim' Domina, quàm deuoti isti tibi siens?  
Quanto aduentum tuum desyderio expetant?

VO. Audio Epicure, & gratissimum habeo hercules.

Quare etiam qualia gerunt in me pectora,

Talem me quoq; uicissim erga se sentient.

AS. En Princeps nostra Voluptia adest. Videtis hanc

Heus combibones? PHA. Vtiq; ni nos autumas

Oculis planè captos. AG. Quid si igitur canticum

Aliquod triumphale instituerimus in honorem

Illius, gratos unde nos uideret in

Se esse. ME. Mihi haud consilium displicet huiusmodi.

Sed quis præcinet intere à nobis? AS. Quis? rogas?

An nescis, quis nuperrimè præcinuerit?

ME. Nunc in mentem uenit. Agirta hac arte præ

Cunctis pollet mirum in modum. AS. Tetigisti acu

Rem ipsam. AG. Spartã hanc probè adornabo, si quidem

Id uobis placeat. PHA. Immò perplacet. AS. Placet

Profectò maxumè, tu exorditor modo

Telam. AG. Verùm ut præcinuero uobis, ita

Et uos statim canite. ME. Exactè curabitur.

AG. O diem sacrum celebremq; nobis,

Ad sua quo nos nitida Voluptas

Gratis adsciuit bona, quo perhenni

Laude repleuit.

A C T V S

CHO. O diem sacrum &c.  
 AG. Huius unius nitet usq; splendor,  
 Huius est uerè solida potestas,  
 Totius mundi hæc superat honores  
 Delitiasq;.

CH. Huius unius &c.

AG. Huius intantum meritò probantur  
 Dona, laudantur adeò fauores,  
 Virtus ut cunctis habeatur ipsa  
 Vilior alga.

CH. Huius intantum &c.

VO. Sic sic alumni sic decet, iam sentio  
 Quales in me sitis: nunc experior satis,  
 Superq; re ipsa, quanto opere sitis mihi  
 Meoq; regno addicti. Atq; hinc deiero per  
 Dextram hanc, perq; diadema nostrum, me uicissim  
 Pro isthac uostra congratulatione iam  
 Mihi carmine suauè exhibita solemniter  
 Aeternas uobis delitias, amplissimos  
 Honores, gloriamq; immarcessibilem  
 Decreturam. AG. Quicquid fecimus ò inclyta  
 Princeps, id fecimus lubentes a deo  
 Atq; ex animo. Sed subucremur interim  
 Tamen, immò ingenuè agnoscimus etiam, minus  
 Nos multò, quàm decebat, quamq; honor tuus  
 Increbatur, fecisse. VO. Voluntas ad solet

Lauda

Q V I N T V S.

Laudarier, ubi desunt uires, Cæterum  
 Dicite quæso ingenuè nunc singuli: Vtrius  
 Vobis magis arridet uitæ institutum, Quina.  
 Meæ ne, an hostis nostræ Virtutis? PH. Quid? Ab  
 Quid Virtus impia, quid Virtutis institutum?  
 Umbræ fuerunt mære. At salua nos precor  
 O Domina. Dij boni, quid hoc spectaculi est?  
 VO. Quid sic exclamas? quid te horrore concutit?  
 PH. Vide. Petit nos recta mulier gladium ferens  
 Manu, alijs concomitata duobus. VO. Siccine  
 Muliercula una te terrefacit? Agè  
 Veniat, ac descendat nobiscum in harenam. AS. Ut ut  
 Siet, ego aduentum eius non præstolabor. AG. Et  
 Ego fugam molior hercule: nam lumina  
 Eius Gorgoneo sæuius igne micant. ME. Fugam  
 Capessamus quæso actutum uiri, salus  
 Si nobis cordi est. PH. Memores admones, fugam  
 Adornamus simul omnes. AG. Vexum clanculum  
 Omnia, ne Princeps nostræ isthuc persentiat  
 Habere nos præ manibus. AS. Quoad licebit. VO. Est  
 Mirum per pol, nobis quid allatura sit  
 Hæc foemina: sed constanter operibor ipsam,  
 Ut quæ qualis ue fiet, inclarescat mihi.  
 Vos animo estote forti omnes, nihil enim  
 Eius uobis oberit unquam proteruitas.  
 ME. Vtinã hæc uera loquaris Domina. VO. Verissima  
Credite

A C T V S

*Credite. ME. Prope diem clarè uidebitur.*

A C T V S Q V I N T I,  
SCENA SEXTA.

*Iustitia. Voluptia. Raphael. Vriel angeli. Epi-  
curus. Sardanapalus. Paris. Semiramis.*

*Cleopatra. Apitius. Virtus.*

*Pedisseque Volup.*

*Senarij.*

**H**Aud temperare mihi possum diutius,  
Quin septicipitem hanc nunc aggrediar bestia:  
Adeoq; & tempus unicè isthuc postulat,  
Si etenim diutius impunè perrexerit  
Ita ut iam incepit, uniuersum orbem ferè in  
Suam miserè abductura est haresin. Quem enim  
(Nisi saxo quouis duriolem) non suis  
Istis incantamentis illecebrisq; demum  
In errorem duceret? Haud igitur utile est  
Nectere posthac moras. Quare me uos modò  
Sequimini ambo, ut iniunctum negocium  
Conficiamus fideliter. VO. Au, quàm uoltus huic  
Est toruus, quanta in ea seueritas relucet.  
RA. Eu, quantopere tremant ad aduentum tuum  
Domina, quàm maxime obstupescunt singuli.

Q V I N T V S.

IV. At peior noster discessus erit, exitus

Quàm principium longè formidabilior est

Futurus illis. VR. Est profectò miserrimum,

Sic homines semetipsos ire perditum.

Sed quid facias, quum ipsi nolunt resipiscere?

RA. Nonnulli certè etiam fugam properauer in-

Eunt, O fœlices, qui sapiunt tempore.

IV. Dic agè seductrix pestilentissima, dic inquam Sc.

Immanis belua, meretrix Babylonica,

Quandiu ita pergere stat animus? Nondum ne sat

Tuæ factum est libidini? Nondum satis

Tyrannidem in exercuisti innoxiam?

Nondum præclaræ Virtutis calamitas

(Qua ipsam tu oppressisti perquam crudeliter)

Te exatiare potuit? VO. At at, præ timore uix

Subsistere possum amplius. EP. Heu, quorsum modò

Redigimur? quò nunc nostra causa labitur?

IV. Væ, uæ, uæ tibi, uæ & sectatoribus tuis.

SARD. Heu me miserrimum. PA. Prò inferûm fidem,

Quæ nos circumdat infœlicitas? IV. Dies

Adest tandem ultionis, adest inquam dies

Luctus, doloris, miseriæq; maxumæ.

Iam tibi rependetur, quicquid clarissimæ

Virtuti ingessisti hactenus. Nunc ipsius

Tristitia conuertetur summum in gaudium,

Ploratus in risum, afflictio diutinam in

Tranquillita-

A C T V S

Tranquillitatem, pacemq; perhennem: Tu  
 Verò letitia in summam moestitudinem  
 Contrà uorte:ur. Quemadmodum risisti in hunc  
 Diem, sic iam posthac lugebis perpetim.  
 Post delicias blanditiasq; momentaneas,  
 Supplicia reponentur tibi sempiterna. VO. Ohe  
 Quæ sum? pristinae ubi est integritatis nitor? Vbi  
 Mei iam sunt defensores & affeclæ?  
 Ah perij. SE. Eheu, quid fecimus miserrimæ  
 Nos? CLE. Super arenam pro dolor edificauimus,  
 Spe omni sumus iam frustratæ, collapsa sunt  
 Nunc omnia. IV. At his nihil efficitis querimonijs.  
 Sera nimis uostra poenitètia est, id oportuit antea Oc.  
 Vos perpendisse. Non certè Sapiens est  
 Dicere, non hoc putaram. Sat diu Deus  
 Ille optimus maximus iniquitatibus  
 Vestris connixit, sat diu poenam distulit.  
 Ast quando omnia sunt frustanea, nihilq; uos  
 Omnino commouent, aliud necesse erit  
 Ut experiamur. Verùm heus administri abite  
 Illuc prius, Virtutemq; euestigiò  
 Abstertis sordibus erigite unà cum suis,  
 Ac pristinae restituite integritati. VR. Ita  
 Domina curabitur, & id diligentia  
 Quidem summa. AP. Dij infernales, uestram fidem.  
 Siccine Virtuti restituetur pristina

Q V I N T V S.

Potestas? Siccine ca Dijs immortalibus  
 Est curæ? Ah conclamatum est, est spei nihil  
 Iam nobis reliquum. R A. Surge ò Virtus incl'yta.  
 V R. Exurge ò maxima regis summi filia.  
 V I R. Eheu tandem semiuua expergiscor. Ast  
 Quisnam me exuscitauit? cuius audio  
 Clamorem? R A. Exurge letabunda, nos tui  
 Sumus exuscitatores, nostram audisti  
 Vocem. Exurge inquam, & ne timeas tibi. Nihil  
 Tibi amodò nocebit. Iustitia enim adest  
 Te uindicatura, omnibusq; ab hostibus  
 Ereptura æternum. V I R. Quid audio? Ita'ne  
 Iustitia è cælo delapsa huc uenit mei  
 In gratiam? R A. Leua oculos & uide. V I R. O plus  
 nulliès  
 Salue Iustitia, aue ò solatrix unica  
 Miserorum. I V. Bono animo sis dilectissima  
 Soror. Tua iam mœstitudo in gaudium  
 Vortetur perpetim. Videbis nunc tuorum  
 Ante oculos hostium stragem supremam. V O. Hui,  
 Nos quanta iam circumstat undiquaq; tum  
 Angustia tum perniciès I V. Heus administri  
 Ad me. R A. Adsumus Domina ueneranda, eloquere, qd  
 Nos porrò facere uelis. I V. Irruite in impiam  
 Istam cateruam, iniquitatis fomitem,  
 Voluptiam nimirum, cum omnibus suis



A C T V S

Commilitonibus prosternite, cædite,  
 Interimite. Sic iussi Dei est sententia,  
 Sic nobis præcepit. VR. Bellè curabitur.  
 RA. Commiseret me profectò cæcitas horum.  
 PED. Eheu. petunt nos rectà gladijs angeli.  
 Salua nos mater, ò salua nos, actum erit  
 De nobis modò. VO. Prò frustra me inuocabitis.  
 Nam nec me ipsam potis sum saluare: perij,  
 Perij ipsa, quanta quanta sum. ò tyrannidem  
 Sæuissimam. SAR. Maledictus ille sit dies,  
 Quo hunc in mundum me mater edidit. immò sit  
 Dies ille maledictus, quo voluptiæ  
 Me placitis consecraui. PA. Utinam abortiuus essem  
 In ipsa mox conceptione factus. O  
 Dolorem super omnem dolorem. Siccine  
 Mors atra principum etiam filios uorat?  
 SE. Hei mihi, quid feci? quò iam nunc redacta sum?  
 Cur illi inferuire libuit, quæ sola nos  
 In tantam præcipitauit inælicitatem?  
 O Virtuti utinam præ hac studuissem tempore  
 Omni. CLE. Heu oë, & ego hæc ferre cogor spicula.  
 Maledicta Voluptia cum delitijs omnibus  
 Aeternum fiet: hæc auctor huius est mali,  
 Hæc istam nobis consciuit tragediam.  
 EP. Heu heu, quàm durus exitus, quàm pessimè  
 Et ipse falsus sum & alios sefelli ego.

Q V I N T V S.

AP. Prô dolor, & in me (ut uideo) hæc cudetur faba.

Ego iam & sortem & usuram persoluerè

Côgar. Perij, perij miser. O Voluptia

Voluptia, quàm nos fefellisti tuis

Istis illecebris, quàm nos infortunio

Propinasti summo. Ah ad restim res modò

Omnis redijt planissimè, nullus sum ego.

RA. Facta executio est Domina, ut iussi sumus.

Num quid prætereà est, quòd nos exequi uoles?

IV. Nihil in præsentiarum. Præceptum hæctenus

Diuinum extenditur. Nunc gaude gaudium

O Virtus soror, nunc triumphum agito modis

Omnibus hylarissimum, nunc frontem exporrige.

Vide enim, tuorum hæc hostium cadauera

Prostrata iacent, deuictus eorum fastus est.

Atq; ita posthac etiam continget omnibus,

Tua qui aspernabuntur dogmata. VIR. Gloria,

Laus, & honor summo sit Deo patri: tibi

Verò ò iustitia iustissima, gratiarum

A me actio perhennis debetur. Nunc scio

Vereq; experior, quantæ sim curæ Deo,

Quantopere mei is rationem habeat, q̄ opportunus

Sit adiutor in afflictionibus. IV. Mearum

Est partium modò, ut re, ob quam ablegata eram,

Confecta, alta petam rursus olympi sydera.

Quare iam mea soror uale, uale inquam mea

A C T V S

Charissima soror, summiq; gloriam patris  
 (Vti sanè hactenus fecisti strenuè)  
 Ratione omni porro amplificare, promouère,  
 Et illustrare pergito. VIR. Quantum in me erit,  
 Meis (Christo auspice) non deero partibus.  
 Vale & tu ò Iustitia consolatrix mea:  
 Vale longum impietatis ultrix æquissima.  
 Meos iam nunc tandem rectà petam lares,  
 Hylarisq; meis unà cum sectatoribus  
 Diem hunc letissimum transigam. At omnino ni  
 Cæcultio, ueteres illos uideo meos  
 Philaretos, Nephaliū atq; Encratium.  
 Profectò ij ipsi sunt; hos operirier  
 Me hęc tantisper, donec aderunt, oportet. Cat.

ACTVS V. SCENA VII.

Encratius. Nephalius. Virtus.

I Opæan. Nunc uiuere tandem libet,  
 Nunc ualeant tristeis curæ. NE. Di, quæ hïc audio  
 Tantopere ouantem? Te ne Encrati? EN. Scilicet.  
 Me ipsum & uides Nephali, & audis corā. NE. Agè,  
 Quid factum est? quis rerum obsecro fuit exitus?  
 EN. O letissimus. Omnia (laus superis) facta sunt  
 Noua, uetera prorsus transierunt. NE. O utinam  
 Hïc uera prædices. EN. Immò uerissima.

Atq;

Q V I N T V S.

Atque en. NE. Quid ens? EN. Virtutem ne uides? NE.  
Principem

Nostram? EN. Ipsissimam. NE. Vbi sodes? EN. Verte  
ad dexteram

Lumina, ibi eam uidebis. NE. O spectaculum  
Faustissimum, o letissimam presentiam.

Iam in me meus reuiuiscit pol spiritus,  
Iam gaudio totus perfundor. Proferè

Quæ so illam adeamus, omnem abrumpamus moram,  
Ut illi adesse quàm primùm possimus. EN. In

Me non erit, hęc quod desyderes. Ego

Enim iam dudum accessum meditor. NE. Bellè habet.

VIR. Ad me actutum uiri: uos hęc expecto iam

Solos. EN. O salue Virtus, unica nostra omnium

Alumna. NE. O Virtus maximum collègij

Nostrum colume salue. VIR. Salute uos quoq;

Vicissim impertior amici integerrimi.

Gaudete mecum, mihiq; gratulamini.

Nam Babylonicum illud scortum funditus

Euissum est: hostis nostra capitalissima

Prostrata iacet, uersaq; planè est in puluerem.

EN. Audiuimus heri, & letamur plurimum

Ob id profectò, magno nobis gaudio est

Septicipitem illam extirpatam esse bestiam.

NE. Benedictus sit Deus ille Israël maximus,

Quòd uisitauerit, adeoq; redemptionem

A C T V S

Aeternam plebi fecerit suæ: è manu  
 Quòd hostium suos reddiderit liberos.  
 VIR. Meritò sanè is laudandus nobis est. Ab ipso  
 Enim solo manat uictoria: huic & uni  
 Et ante omnia, quæcunq; uerè sunt bona,  
 Perfecta, solida, sancta, accepta ferenda sunt.  
 Vnde & ego, quanta quanta sum, tum corpore,  
 Tum anima, tum spiritu, ipsum summis laudibus  
 Vsq; celebrabo: eius canam magnalia:  
 Eius de prædicabo misericordias.  
 EN. Cantabimus & nos Domino: gloriòse enim  
 Egit: equum ac ascensorem præcipitauit in  
 Mare. NE. Fortitudo & laus nostra est. Dominus: sa-  
 lutem  
 Ipse in nobis est operatus ter maximam.  
 Dominus quasi uir pugnator: nomen illius  
 Omnipotens: currus Parhonis, exercitumq;  
 Eius ferocissimum aquarum concredidit  
 Atq; adeò immersit fluctibus: dextra Domini  
 Potentiam exeruit in fortitudine.  
 VIR. Sit nomen eius cunctis admirabile,  
 Ab omnibus laudetur usq; in secula.  
 EN. Fiat fiat. VIR. Sed unà iam gurgustium  
 Nostrum porrò subibimus, ut hymnum, quem sumus  
 Vtcunq; hic auspicati, illic foeliciter  
 Absoluaamus iuxtà ac sedulo. NE. Vbicunq; tu

Q V I N T V S.

Voles heri, præcedito: nihil in nobis morarum  
Erit, VIR. Benè est, me igitur pedatò sequimini.

CHORVS.

Scriptura passim prædicat,  
Ipsaq; docet experientia,  
Tum Dominum adesse maxumè,  
Quum sint deplorata omnia.

Videmus nanq; propalam,  
Quòd quandiu mortalium  
Spes ulla uspiam adhuc emicat,  
Suum ipse auxilium differat.

Solus enim uult agnoscier  
Tutor seruatorq; omnium.  
Sibi soli uult adscribier  
Omnem profectò gloriam.

At quando homo quid adhuc potest.  
Quando is potis est dare pharmaca,  
Datum auxilium diuinitus  
Vix ullus quit deprèndere.

Verum simul ac spes omnis est  
Ablata humana penitus:  
Quum nemo prodit uspiam,  
Opem qui homini afflicto ferat:

Tum inquam Dominus potentiam

**A C T V S**

Suam potenter exerit:

Auxiliatrices tum manus

Exporrigit fideliter.

Tum declarat dilucidè,

Vbi omnia desperata sunt,

Vbi nullus possit ferre opem,

Se adesse præsentissimum.

Hinc iam etiam in sacris literis,

Asylum dicitur inopum,

Adiutor in necessitate,

In opportunitatibus.

Immò hinc sese quoq; ipsemet

Patrem pupillorum uocat,

Consolatorem item orphanõrum,

Ac uiduarum iudicem.

Hęc igitur habent solatium

Afflicti in Mundo perduto:

Hęc eriguntur animi

Versantium in angustijs.

Persuasorem hinc solidam

Capere possunt ubilibet,

Se haud desertos iri à Deo

Afflictionis tempore.

Si modò uitam tamen agant

Sua dignam professione.

Quandoquidem se timentium

Q V I N T V S.  
Protector ipse futurus est.

❧ EPILOGVS. ❧

**S**uprema iam (laus Superis) Actiuncule  
Nostræ addita est manus. In qua si forsitan  
Peccatum est uspiam, aut præter decorum (uti  
Fieri haud potest difficile) quid tum dictum tum  
Gestum existit, id omne solita uestra obsecro  
Pro beneuolentia, uiri integerrimi,  
Condonate atq; nostræ ineptitudini  
Adscribite: Si quid uerò utilitatis aut  
Fructus inde ad uos redijt, & auctori omnium  
Deo ingentis profectò agimus gratias,  
Et nobis ipsis gratulamur plurimum.  
Verum utcumq; ceciderit alea, foeliciter  
An infeliciter, nil certè studuimus  
Aliud, nil conati sumus impensius,  
Quàm iuuentuti ut prodessemus candidæ,  
Quàm ut huic Voluptatis, scelerum nempe omnium  
Lernæ, incuteremus odium: ut Virtutis contrà  
Studium augeremus iuxtà ac obseruantiam.  
Ut igitur desint uires, laudanda tamen est  
Voluntas. Quare & uos iam (si uidetur) hanc  
Vobis habete commendatam, ac plaudite.



A 2235146

OCN 246261346

## AD PIVM LECTOREM.

**H**oc te præmonitum uelim, pie Lector, me in pedibus obseruandis non admodum fuisse superstitiosum ubique. Aliquando enim loco uel iambi uel spōdæi tum pyrrichio tum trochæo usus sum, licet rarò tamè. Nam præpostera omnino curæ uidebatur, tam anxium esse, ut legitimi pedes retinerentur; & efficere tamen interim, ut orationis contextus tum obscurior tum etiam magis hiulcus euaderet. Quare sicubi in scandendo alterutrum reppereris, non putabis, uel typographi incuriam, uel meam inscitiam intercessisse, tamen si sanè aliàs non planè, accessisse illam, negare possim. Vale.